



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipué desumpta

Puente, Luis de la

Coloniæ Agrippinæ, 1625

Tractatvs Qvintvs. De Statibus Matrimonij & viduitatis, & vtriusque
perfectione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39637

TRACTATUS QVINTVS,
DE STATIBVS
MATRIMONII ET VI-
DVITATIS, ET VTRIVSQUE
perfectione.

CAPVT I.

MATRIMONII INSTITVTIO, ET LEGES:
*quod, quia Sacramentum dat coniugibus Christianis
gratiam ad propriam sui status perfectio-
nem consequendam.*



AGGREDIAMVR nunc tractationem de statu MATRI-
MONII, aded proprij Reip. secularis, vt eius limites non
transgrediatur. Eius author & primus institutor fuit
ipsemet DEVS in Paradiso terrestri; & quidem in felici il-
lo statu innocentiae: quod ipse reuelauit Adamo in sopore
illo, siue *ecstasi*, in qua fuit, cum ex eius costa DEVS æ-
dificaret mulierem, & postquam fuit excitatus Adam,
aperuit quid sibi fuisset reuelatum; dicens: *ahoc nunc os ex osibus meis, &*
caro de carne mea: quam obrem relinquet homo Patrem suum & matrem, & ad-
harebit uxori suae, & erunt duo in carne vna: significans. mysterium illud, quod
ex eius *costa* mulier esset ædificata, indicare summam *coniunctionem*, quam
habere deberent inter se coniuges, tam in *spiritu* per amorem & volunta-
tum conformitatem; quam in *corpore* per habitationem & coniunctionem
ad filios generandos: vt *terra* primùm, & postea *caelum* hominibus implere-
tur.

Matrimonij
author De-
us.

a Gen. 2. 2.

Coniugium

b Mat. 19. 6

QVÆ coniunctio & amicitia aded arcta esse debuit, ac perpe-
tua, vt propter eam *relinquerent Patrem & matrem*, nec à se inuicem
separarentur vsque ad ipsam *mortem*. Quemadmodum Christus Dominus

Noster declarauit, tribuens DEO prædicta verba Adami, cuius *inspiracione* ille ea protulerat. quibus ipse CHRISTVS adiecit: *b quos Deus coniunxit, homo non separet*: quibus verbis aperte significat, DEVM ipsum fuisse huius coniunctionis authorem; & legum huius status propriarum, & nominatim *quatuor* præcipuarum, quæ in prædictis verbis insinuantur, & iam paulatim explicabuntur.

§. I. *Leges, Officia & Finis matrimonij.*

Y.
Indissolubile.

Et. 3. de Tr.
6. 38.
Consensu
uxoris re
quiritur.
c. Deu. 33.
Non paren
tum.

d. Deu. 24.
Ma. 2. 6.
Repudium
ex dispensa
tione.
S. Th. 1. 2.
102. 4. 5. ad
3.
V. de Thon.
Sanchez. l. 10.
D. p. 1.
C. uersio
in idelis sol
uis. vinctu
lum.

PRIMA lex MATRIMONII est *indissolubilis* nodi ac vinculi per totam vitam: quemadmodum enim nemo potest à se ipso, quam diu uiuit, separari: ita duo coniuges, qui per matrimonium fiunt vna caro, non possunt ab inuicem separari, dissoluto vinculo: quo aded arctè tenentur. neque enim potest homo, quod Deus fecit, dissoluere; nec licet vlli sese ab ea persona separare, cum qua Deus eum hac ratione coniunxit.

ADEO vt (sicut Rupertus Abbas perpendit) quamuis liceat Christiano se à patre suo & matre separare, etiam contra ipsorum voluntatem, vt religiosum statum adeat: à propria tamen vxore se separare, ipsa contradicente, non licet. Quare cum Moyses in Deuteronomio de filiis Leui dixit, *c qui dixit patri suo & matri suæ nescio vos: & fratribus suis: ignoro vos: vt custodirent eloquium Dei, pactumque eius seruarent*, quod cum eo iniuerant: nullam facit vxoris mentionem: quia non permittit lex, propter hanc causam, illam dimitti, nisi in talem separationem illa consentiat: vt DEO magis seruire possint.

Et quamuis antiqua lex Indæis permitteret, ob duritiam cordis eorum, vt possent à vxoribus suis dare libellum *Repudij*; (quod multi graues Doctores affirmant, fuisse tunc licitum, eò quod ipse Deus, qui eos coniunxerat, dispensabat, vt naturale vinculum dissolueretur) At CHRISTVS Dominus Noster dispensationem illam, & priuilegium reuocauit, reduxitque illud vinculum ad naturalem suum statum, quem in suis habuit initijs, duobus tantum casibus exceptis. *Primus* est in fauorem Christianæ religionis: quando alter coniugum infidelium ad eam conuertitur: alter verò nec vult conuerti, nec ei cohabitare: aut, si cum eo manere velit, id facit cum iniuria Creatoris, aut eum instigat, ad peccandum: nam tunc, conuersus manet liber à vinculo naturali, quo erat illi coniunctus: vt liceat illi cum altero inire matrimonium, ex dispensatione ipsius Christi Domini Nostri quam declarauit Apostolus, cum dixit: *e quod si infidelis discedat, discedat: non enim seruituti subiectus est frater, aut soror in huiusmodi, ne possit, si velit, nouum cum alio matrimonium contrahere*

Et ita definitae declarauit Ecclesia, non faciens nouam constitutionem, sed explicans, quam Apostolus posuit. Quia noluit Christus Dominus nos in his casibus obligare infideles, qui ad Fidem conuertuntur, ad seruandam perpetuam castitatem.

SECUNDVS casus est in fauorem status *religiosi*, quando matrimonium non est adhuc carnali *copula* consummatum: nam si alter illorum religionem ingrediatur, & professionem in ea emittat, alter manet liber; ut cuiusque uoluerit, per matrimonium se coniungat, quod semper Ecclesia Catholica tenuit, & Concilium Tridentinum declarauit, eò quod Christus Dominus noster uoluerit in hoc casu dispensare, ut Euangelicæ legis perfectionem magis ostenderet, quæ pluris facit vinculum *VOTI* solemnis religiosi, quam *matrimonii* non consummati.

SECUNDA lex matrimonij imperabat *duorum* tantum inter se coniunctionem, ita ut nec mulier plures viros; neque vir plures uxores simul habere possent: quam legem indicant illa verba: *erunt duo in carne una*, neque enim absque causa *duorum* tantum mentionem fecit DEVS; & ex costa Adæ *unicam* tantum fecit mulierem, quamuis æquè potuisset plures: ut intelligeremus, naturalem huius status legem esse, ut duo tantum coniungerentur. Sed quamuis nusquam inueniatur dispensasse DEVM, ut mulier plures viros habere deberet, (quemadmodum Sanctus Augustinus perpendit) quia hoc fuisset contra principalem matrimonij finem, filiorum scilicet generationem: sed in antiqua lege dispensauit, ut vir posset plures uxores habere, quemadmodum habuit *Abraham*, *g Jacob*, *h David*, & alij. At in lege Euangelica CHRISTVS Dominus noster matrimonium reduxit ad primum suum statum: cum dixit: *quicumque dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit, moechatur: & qui dimissam duxerit, moechatur*. Lex enim Euangelica est lex pacis, vnionis, & charitatis: vxorum autem multitudo in eadem domo erat huic *paci* contraria: quemadmodum constat ex rixis inter *k Saram*, & *Agar*; *l Liam*, & *Rachaelem*; *m Annam*, & *Phoeniam*; quare uoluit Christus Dominus hanc rixarum occasionem remouere & ut lex gratiæ haberet huius status perfectionem, quam habuit in statu Innocentiæ.

TERTIA lex matrimonij erat, ut coniunctio hæc fieret inter personas, quæ ante illam non essent una, sed *duæ*: hoc est ne essent sanguine iunctæ: illa enim coniunctio non bene conuenit huic statui. Quod significauit Adam cum dixit: *relinquet homo Patrem suum & matrem suam: & adhaerebit uxori suæ*, his verbis significans nec *Patrem* cum filia, nec *filium* cum matre posse huius status coniunctionem facere: eò quod filij censeantur esse *unum* quid cum Parentibus. Eadem verò prohibitio extenditur ad *fratres & sorores*, & Ecclesia hanc prohibitionem extendit usque ad *quartum*

Innoc. 3. c. 4.
de Diuersijs
Vide Tho.
Sanchez l. 7
Disp. 74.

Votum
solemne.
Sess. 24. de
Matrim.
can. 6. San-
chez. l. 2.
Disp. 19.

2.

e Gen. 2. 24.
Bigamia.
Polygamia
sublata.
Lib. de Do-
ctr. Christ.
c. 11. & li. de
bono con-
iug. c. 17.
f Gen. 16. 3.
g Cap. 29.
h 1. Reg. 18.
28. & c. 25.
42.

2. Reg. 11
27.
Trid. sess.
24.
de Matrim.
can. 2.

i Mat. 19. 9.
k Gen. 10. 3.
l Cap. 30. 6.
m 1. Reg. 16.

3.

k Gen. 2. 24.

Extra gra-
dum quar-
tum.

gradum consanguinitatis, ut pax, concordia & amicitia, quam efficit natura inter cognatos ratione sanguinis, extenderentur per matrimonium etiam ad *extraneos*. Quod matrimonium, cum fuerit institutum in remedium concupiscentiæ carnis post primum peccatum, non eam cohibuisset moderatè, si amor *sanguinis* amor *uxoris* coniungeretur: uterque enim amor nimium stimulasset concupiscentiam, & ansam præbisset, ut ab ea vterentur.

4.
Consensus
liber.

Deus para
nymphus.
I Gen. 2. 22.

Inter pra-
sentes.

Vxor virum
sequatur.

Duplex ma-
trimonii fi-
nis.

I.

In Gen. 1. 28.
Et c. 8. 17.
Et c. 9. 1.
In 4. sent. d.
26. q. 1. a. 2.

Ob multi-
plicationē
olim matri-
monij lex
obligabat.

QVARTA lex est *mutui consensus*, quem uterque *liberè* præbeat: ut vinculum, & solidum, & perpetuum esse possit. Quam legem significant illa verba: *relinquet patrem suum & matrem, & cum amore adhærebit uxori suæ*: quod non fieret, nisi libera & spontanea vtriusque voluntate, qua vellet uterque perpetuam hanc coniunctionem, & amicitiam cum altero contrahere. Ac propterea ipsemet DEVS, qui hunc statum instituit, voluit esse primus *paranymphus*, & qui de matrimonio contrahendo ageret, illudque promoveret: nam statim atque Heuam edificauit (ait scriptura) *adduxit eam ad Adam*: non quòd ab illo distaret, quam prope ipsum edificauerat, sed ut significaret, se ex tunc illam ei tradere in uxorem & sociam: matrimonij intuitu, & causa, & ut etiam intelligeremus matrimonia ordinariè debere fieri inter præsentés, ut se mutuo videant, alter alterum agnoscat; & uterque sciat, cui coniungatur; audiatque verbum, quo alter internum suum sensum exprimit; & ita vnio sit firmitior absque illis incommodis, quæ euenire solent: quando talis contractus inicitur inter *absentes*.

NON dixit autem scriptura, quòd DEVS Adamum duxerit ad Heuam, sed Heuam ad Adamum: non enim vir uxorem; sed vxor, virum sequi debet; cum ille *caput* sit mulieris: & admittere debeat in domum suam, esseque eius gubernator.

EX HIS sequitur, matrimonium habere *duos fines*, & quidem proprios: quorum causa necesse fuit illud institui in ipso mundi exordio. *Primus* est *multiplicatio* ipsius humani generis, quæ non nisi hac via *licite* fieri potest. Hunc finem expressit DEVS Adamo & Heuæ, postquam illos condidit, cum dixit: *in crescite & multiplicamini, & implete terram*. Quibus verbis etiam promulgauit *naturale præceptum* hunc statum in eum finem suscipiendi; quod præceptum (teste Sancto Thoma) tum temporis omnes homines *obligabat*, eò quòd ad conseruationem erat necessarium. Sicut obligabantur ad *comedendum*, quia id erat ad vitam conseruandum necessarium. Nunc autè non omnes obligat hoc præceptum: (quemadmodum hæretici ad laxandas suis voluptatibus habenas confingunt) nisi tempore præcisè alicuius necessitatis; cum ad hominum propagationem in aliqua prouincia id esset necessarium. Et nec tunc (ut idem Sanctus narrat) omnes in particulari

obligaret;

obligaret; sed tantum designatos ab ipsius Reipublicæ capitibus, qui talem habent auctoritatem, vt in huiusmodi necessitate aliqui matrimonium contrahant in bonum totius Regni. Sed hoc tempore, aut *nunquam*, aut raro talis occurrit necessitas, sed vniuersim vera est sententia Apostoli dicens: omnes habere *potestatem suæ voluntatis*, vt eligant liberè statum *continentiæ* aut *matrimonii*: ita tamen, vt in electione seruent leges, quas postea indicabimus.

SECUNDVM officium & finis matrimonij conuenit ei post Adæ peccatum, vt remedium sit & medicina *concupiscentiæ* carnis, quæ post illud peccatum effrænis mansit, & nisi hoc licito remedio illi fuisset subuentum, facile præceps ruisset in illicita. Quamobrem dixit Apostolus: *n propter fornicationem vnusquisque suam uxorem habeat. Vxori vir debitum reddat: similiter autem & vxor viro.* Quia neuter potestatem habet sui corporis, sed alter. Ne autem aliqui Christiani existimarent his verbis, omnibus imponi præceptum in eundi matrimonij, subiunxit: *hoc autè dico secundum indulgentiam, non secundum imperium*, quasi diceret: non est hoc præceptum, quod obliget; sed *permisso* quædã rei minus bonæ; alioquin bonum est homini mulierem non tangere, sed ad fugiendam fornicationem, quæ aded graue peccatum est, licet ijs, qui liberi sunt, uxorem ducere, *ne vrantur*, adhibito hoc medio à Deo instituto ad carnis ardores absque culpa mitigandos.

§. II. Matrimonium, quæ est Sacramentum.

SE D quoniam vterque finis prædictus matrimonij est valde *humanus*; voluit Deus Dominus noster illud in lege Euægelica honorare. Quamobrem Apostolus illud appellauit *honorabile connubium*, magno scilicet honore dignum: nec fuit exiguus ille, quod verbum diuinum incarnari voluit & nasci ex muliere *coniugata*, quamuis Virgine. Et initio suæ prædicationis illud *approbauit*; suæque præsentia, & sanctissimæ suæ matris ac Apostolorum honorauit; nuptialique conuiuio magnum splendorem attulit, primo miraculo adhibito, quo aquam in vinum conuertit, vt defectum suppleret, quo conuiuæ laborabant: quo facto prodigioso insinuauit id, quod postea gessit: ad illud adhuc magis honorandum; dum constituit, vt ipsum matrimonium verum esset Ecclesiæ suæ *Sacramentum*, per quod spiritualiter aqua conuerteretur in vinum, tribuens *vinum charitatis* suscipientibus hunc statum, qui ex se est tanquam *aqua frigidus & humidus*, & occasionem præbet vitæ remissiori, & in culpas multas labili. At per gratiam &

charita-

2.2.9.51.4.
12. ad 2.

1. Cor. 7. 37.
39.

2.

Permissum
in remedi-
um concu-
piscentiæ.
n 1. Cor. 7.
2. 6.

Versu. 9.

a Heb. 10.
14.

Christus ho-
norauit ma-
trimonium.

Sacramen-
tum.

charitatem, quam contrahentes accipiunt, fiunt sancti, fortes, & puro amore & Christiano inflammati, ac robusti ad furiosos carnis impetus reprimendos; ita ut absque spiritus detrimento proprium suum finem consequantur; *filios* scilicet generare, & educare, ad cœlos ornandos. Hunc totum honorem & matrimonij excellentiam declarauit Apostolus, cum enim retulisset verba Adami, dicentis: *relinquet homo patrem suum, & matrem suam, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una*, statim subiecit: *h Sacramentum hoc magnum est: Ego autem dico in Christo & in Ecclesia*, hoc est; magnum est Sacramentum, quia magnus est finis, ad quem Deus illud exaltauit: ad significandum scilicet altissimam illam *coniunctionem*, & supremam *verbi diuini Incarnati cum Ecclesia sua vnionem*.

b Ephes. 5. 32
Tria. sess. 24.
de matrim.
Christi cum
Ecclesia v-
niones dua.

1.

Charitatis.

2.

Hypostasis.

Sacramen-
tum dat
gratiam pro
nouis ope-
ribus.

Continen-
tia sine ne-
cessaria
Coniugatis.

Quod verbum diuinum; cum descendit è cœlo, & venit in mundum, reliquit *Patrem* suum, accipiens per Incarnationem formam hominis: matrem quoque suam *synagogam* reliquit, seque *Ecclesie* sponsæ suæ coniunxit, tanta firmitate, ut nulla potestas, nec mundi, neque inferni sufficiat hanc vtriusque coniunctionem dissoluere. Si tamen vnio dicenda, & non potius *vniones*, cum sint duæ. *Altera* charitatis ob amorem vtriusque mutuam, & hæc est indissolubilis ac perpetua cum tota Ecclesia; in qua nunquam vsque ad finem mundi deerunt *Iusti*: licet in singulis illorum culpa sua deficere possit. *Altera* vnio est adhuc perfectior, ob *hypostaticam* cum humana natura vnionem; in qua factus est vnus quid cum sua Ecclesia: Et hæc vnio adeo firma est, & indissolubilis, ut nunquam dissoluenda sit: nam *quod semel assumpsit, nunquam dimisit*. Ex quo fit, ut quemadmodum hoc Sacramentum *signum* est vtriusque vnionis, ab eis illis eueniat *firmitas & excellentia*: & quoniam hæc signa in lege gratiæ nõ sunt inania aut vacua, sicut erant in antiqua, efficiunt in Sacramento gratiã, quã significant; ut cõiugati in vita sua imitetur puritatẽ & sanctitatẽ, quã illa significant. Cuius causa fuit, quod, cum *CHRISTVS* Dominus noster matrimonio adiecerit aliqua *onera* grauiora, quam essent in lege antiqua: necesse fuit, nouam eidem *gratiam*, nouaque auxilia addere, quibus portare illa posset. Cum enim nullam sit potestas in terra, quæ dissoluere possit matrimonium *consummatum*; neque *plures* vxores permittere: (ut iam est dictum) sæpè coniuges etiam inuiti cogentur in aliquibus casibus esse perpetuò continentes: qualis esset ille, quo alter eorum graui & incurabili *morbo* perpetuò laboraret; aut ob aliquam grauem culpam; aut etiam sine culpa ab altero *discederet*; aut si fieret *furiosus*, taleue *mores* indueret ut periculum esset illi cohabitare, aut si laboretur in *adulterium*; & alter propterea nollet amplius illi cohabitare. Cum enim iam non liceat libellum dare Repudij; nec secundam ducere vxorem: necesse

est fer-

est seruare continentiam, ne *sexum* Legis Dei præceptum transgrediantur: ad hoc igitur valde copiosa gratia fuit necessaria: vt furiosi concupiscentiæ impetus possent cohiberi. Senferunt Apostoli huius *oneris* magnitudinem, cum audientes Christum, hanc doctrinam proponere, admirati dixerunt ei: *Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere.* Sed Sapientissimus magister cum summa prudentia respondit rectè ad interrogata: ne aut matrimonium, quod aliàs est licitum, *reprobaret;* aut ad illud accipiendum, quod esset ad eò graue *exhortaretur.* Item quia quibusdam *expedit* hoc onus, ob aliquos diuini obsequij fines, suscipere; alijs verò non expedit: vt alia egregia magis & gloriosa suscipiant. Et ita respondit: *Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est:* quia donum hoc, & gratia sublimis est valde, & omnem naturam excellit: Reliqui benè poterunt matrimonium inire diuina enim misericordia, quæ nunquam negligit, subsidium in necessitate adferre: auxilium præbebit alio modo *gratia,* vt matrimonij onera ferre possint; faciens auxilio suo facile iugum, quod sine illo fuisset grauissimum.

PRÆTEREA cum matrimonium post peccatum Adæ fuerit institutum in carnalis concupiscentiæ remedium: fuisset valde exiguum, nisi Deus *gratiã* suã subueniret, & imbecilli natura faueret: quæ in ipsius matrimonij vsu, etiam si alioqui licito, instar bestiarum sese effundit. Quemadmodum S. Raphaël significat Tobia, reddens rationem, cur dæmon septem viros Saræ occidisset *prima nocte nuptiarum, antequam illam attingerent:* & hi namque qui coniugium ita suscipiunt vt Deum a se & a sua mente excludant, & sua libidini ita vacent sicut equus & mulus, quibus non est intellectus: habet potestatem demonum super eos. Tu autem, cum acceperis eam, ingressus cubiculum, per tres dies continens esto ab ea, & nihil aliud, nisi orationibus vacabis cum ea: & tunc accipies virginem cum timore Domini, amore filiorum magis, quam libidine ductus: Hoc consuluit Angelus Tobia, & in eo omnibus coniugatis. Sed Christus D. N. qui consilium illud probat, specialem quoque dat *gratiam* ad illud exequendum: eleuans matrimonium ad dignitatem Sacramenti: vt Scatùs huius *sanctitatem* propriam efficiat: ita vt (quemadmodum dixit Apostolus) *e vnusquisque sciat suum vas possidere in sanctificatione & honore:* nec patiatur se ab effraeni sua passione trahi, sicut gentes quæ non nouerunt Deum; sed operam det, vt *honorabile sit connubium in omnibus, & thorus immaculatus;* seruetque conditiones omnes, & circumstantias, quæ actum illum purum & sanctum faciunt. Huc accedit, quod coniugati debeant semper simul habitare, quodam genere *amicitiæ* strictioris, quàm sit vlla amicitia humana: & quoniam opera Dei sunt perfecta, idque multò amplius in lege *Euangelica,* quæ lex est perfectionis: voluit, hanc humanam amici-

c Mat. 19, 10

Dei suavis
providentia
in distribu-
endo statu.

Tob. 7, 6. 1.

Sanctitas
coniugalis.

ei Ths. 4. 4.

1 Heb. 13. 4.

Coniugium
charitas.

Coll. 16. ca. 3

Charitas
amicitiam
perennat.4.
Perfectio
coniugum.

tiam exaltare, & facere etiam supernaturalem & diuinam: quia ipsummet sacramentum matrimonij coniugatis communicat coniunctionem *charitatis*, quæ est amicitia supernaturalis: quæ possunt se mutuo diligere: non humano solum amore, sed etiam diuino: & *natura gratiaque* vnâ ambulantibus: quasi vento ad puppim flante, ad viâ terminum sceleriter peruenire. Quod ipsum præstat etiam charitas modo quodam singulari: nam, (vt bene perpendit Cassianus) nulla huius vitæ amicitia potest esse perpetua; nisi in *charitate* funderur: quæ sola ex seipsa est amicitia æterna: ita vt quamuis vir & vxor; parentes & filij; fratres & amici, arctissimam habeant amicitiam toto huius vitæ decursu; si quis tamen illorum sine charitate moriatur, manebit amicitia in æternum dissoluta: quia nec amicitia vera esse potest inter eos, qui sunt in inferno; nec cum eisdem possunt, qui in cælo sunt, amicitiam vllam habere. Cupiens igitur Christus D. N. amorem & vnionem coniugum esse æternam: dedit eis cum sacramento gratiam, & charitatem, cuius virtute eam possint consequi nisi sibiipsis desint.

DENIQUE gratia hæc maximi momenti erat, vt rectè filiorum educationi, alijsque operibus huius status proprijs melius attenderetur. Licet enim status ipse in se sit imperfectus, oportet tamen in eo Christianam *perfectiorem* procurare: quæ medijs, in sequentibus capitibus indicandis, obtineri poterit: in quibus fufius explicabuntur, quæ hic summatim sunt tacta.

CAPVT II.

PROVIDENTIA DEI CIRCA VOCATIONEM ET
lectionem Status Matrimonij & varia circa
illas documenta.

ON solum DEVS Dominus noster *author* est Status Matrimonij, vt dictum est, sed speciali quoque *providentia* vocat & inclinât quos vult, ad illud ineundum, ita respiciens & attendens ad *vniversale* bonum *humani generis*, ad cuius *conservationem* (si per *honestum* medium propagandum sit) est *necessarium*, vt etiam attendat ad *particulare* bonum ipsorum hominum: eos tantum ad illud vocando, quos *occulta* sua *providentia* non vocat ad *altio*rem Statum, qui est *continentiæ*: quamuis vtrumque sit donum Dei: cuius *vocatione* Status distribuuntur diuersis hominibus, cum dicat Apostolus: *onus quisque proprium donum habet ex Deo: alius quidem sic, alius vero sic.* hoc est, alius habet à Deo Statum *continentiæ*, alius *matrimonij*: quia ipse *provi-*

Omnis vo-
catio do-
num Dei.
a 1. Cor. 7. 7

dentia

dentia sua illos distribuit, prout sibi placet, & hominibus expedit. Et quamuis matrimonij Status sit imperfectus: non tamen elucet minus prouidentia diuina in uocatione ad eius electionem: quam in alterius perfectioris per vias & media, initio primi Tractatus indicata. Omitto medium *Reuelationis*, qua solet Deus voluntatem suam aliquando manifestare, quemadmodum reuelauit b *Adamo* matrimonium *cum Heua*, & Prophetæ *Osea* cum *muliere* nomine *Gomer*: huiusmodi enim reuelationes sunt *rarisime*: quamuis loco illarum soleat vehementes *impulsus* & instinctus mittere ad id: quod ipse intendit: præcipue si præcesserint multæ *orationes*, & aliæ humanæ diligentiæ, quæ huiusmodi electiones merito debent præcedere. Prætereo etiam medium *precepti*, quod etiam est signum diuinæ voluntatis iubentis & volentis, vt tale matrimonium contrahatur: quia hoc præceptum (vt paulò antè dictum est) iam cessauit, nisi fortè *Princeps* aut *Prælatus* illud imponeret in commune bonum totius regni: aut per illustres alicuius familiæ: quia tunc etiam esset censenda *DEI* uocatio. Extra quæ casum, matrimonium est semper liberum: & Concilium *Tridentinum* tulit sententiam *excommunicationis* in *Dominos*, aut magistratus, qui quocunque modo directè vel indirectè subditos suos, vel quoscunque alios cogunt, minus liberè matrimonia contrahere: cum maximè, inquit, nefarium sit, matrimonij libertatem violare; cuius onus, eò quod perpetuum & graue alias sit, esset intolerabile, nisi valdè & liberè & spontè susciperetur.

Hoc ipsum tamen obligat eos, qui matrimonium inire velint, vt rem totam diligentius attendant, & perpendant: vt secundùm *Dei* voluntatem fiat, iuxta illud *Apostoli*: *Vidua, cui vult, nubat: tantùm in Domino*. Quid autem est (ait *Sanctus Basilius*) *nubere in Domino*, nisi vt ita nubat, sicut *Deus* vult: hoc est, non tanquam carnalium voluptatum mancipium, aut à suo tantùm palato & corrupto appetitu tractus, aut ob fines sensuales, & terrenos, aut per media illicita, & non satis proportionata: sed præmissâ magna consultatione, & prudenti ac tranquilla deliberatione, & in fines ac per media, quæ *Deus* constituit & approbavit: perpendendo præcipue *tria*, in quibus dubium aliquod subesse solet.

PRIMUM est in ipsâ Electione accipiendi aut non accipiendi hunc Statum: nam licet aliqui à iuuentute sentiant se ad eum suscipiendum propendere, ideoque animo deliberato constituerint, illum suscipere: nec de contrario quicquam dubitant: alij tamen valdè dubitant, & perplexi sunt: quia varios internos impulsus sentiunt, valdè inter se repugnantes. nam aliqui impellunt ad statum continentiæ, aut religionis, ob status illius maiorem perfectionem, & ad salutem consequendam securitatem: Sed alij tamen impellunt ad statum matrimonij, tanquam suæ imbecillita-

à cap. 3. vsq.
ad 6. §
Tractat 4.
cap. vlt.
b Gen. 2. 22.
c Osea. 1. 3.
impulsus &
Præceptum
rara.

Matrimo-
nij libertas.

Sess. 24. de
matr. c. 9.

d 1. Cor. 7.
19.
ib. de vera
virginitate,
In Domino
nubat.

I.
Qui dubi-
tat debili-
ret.

ti magis proportionatum: subuertes, se non posse statui perfectiori satisfacere: & his cogitationum & sensuum interiorum fluctibus agitati haerent, donec certò decernant, sequentes documenta & regulas in loco paulò ante allegato positas.

2.
Vide, cui
iungar.

SEDMOX secundum accedit dubium, quod vniuersim omnes torquet, cupientes hunc statum suscipere: quia scilicet non sciunt quem eligant coniugem, vt pacem & solatium optatum consequantur, cum facile in hoc contingat errare: & semel admissus error sit irreparabilis, eò quòd status sit peritius: estq; talis error valde periculosus & noxius: nam discòrdia inter coniuges nimium radicata, est quòdāmodo initium duplicis inferni: alterius quidē in hac vita, cum innumeris peccatis & perturbationibus; alterius verò in altera, cum horrendis & aeternis cruciatibus.

3.
Circum-
stantia con-
sideranda.

HVIC dubio accedit tertium de ætate, tempore, & loco, alijsque aptis circumstantijs, vt Electio sit plenè recta. Cuius rectitudo dependet præcipuè ex paterna Dei nostri prouidentia, quæ nobis inuouit in memorandis aliquibus casibus, quos refert Scriptura diuina, quorum tres referam magis iucundos, eò quòd pleni sint documentis vtilibus, & aptis ad cognoscendam Dei voluntatem, & faciendam rectam Electionem.

§. I. Matrimonium Patriarchæ Isaac cum Rebecca.

2. Genes. 24.

POnamus primo loco matrimonium Isaac cum Rebecca, quemadmodum Scriptura sacra illud refert hisce ferè verbis: erat a Abraham senex dierumque multorum, dixitq; ad seruum seniore[m] domus suæ, qui præerat omnibus, quæ habebat, petiitque ab eo iuramentum per Dominum Deum cali & terræ, vt non acciperet filio eius Isaac uxorem de filiabus Chananaeorum, sed ad terram, inquit, & cognationem meam profisciscaris, & inde accipias uxorem filio meo Isaac. Cui respondit seruus: si noluerit mulier venire mecum in terram hanc, nunquid reducere debeo filium tuum ad locum, de quo tu egressus es? Dixitque Abraham: caue ne quando reducas filium meum illuc. Dominus Deus cali, qui tulit me de domo Patris mei, & de terra natiuitatis meæ, & deduxit in hanc, ipse mitret Angelum suum coram te, & accipies inde uxorem filio meo. Sin autem mulier noluerit sequi te, non tenebris iuramento: filium meum tantum ne reducas illuc: iuravit itaque seruus super sermone hoc: tulitque decem camelos de grege domini sui, & abiit; ex omnibus bonis eius portans secum, profectusque perrexit in Mesopotamiam ad urbem Nachor, in qua habitabat pater Rebecca: cumque camelos fecisset accumbere extra oppidum iuxta puteum aquæ, vespere, tempore quo solent mulieres egredi ad hauriendam aquam, dixit: Domine Deus Domini mei Abraham, occurre obsecro mihi hodie. & fac misericordiam cum Domino meo Abraham: Ecce ego sto prope fontem aquæ, & filie habitatorum huius ciuitatis egredientur ad hauriendam aquam: igitur puella cui ego dixerò inclinat

2. Genes. 24.

hydr.

hydriam tuam ut bibam: & illa responderit: bibe, quoniam & camelis tuis dabo potum: ipsa est quae preparasti seruo tuo Isaac. Et per hoc intelligā, quod feceris misericordiam cum Domino meo. necdū intra se verba compleuerat & ecce Rebecca egrediebatur, habens hydriam in scapula sua: puella decorā nimis, virgoque pulcherrima filia Baibuel ex cognatione ipsius Abrahami, descēderat autē ad fontem, & impleuerat hydriam, ac reuertebatur. Occurritque ei seruus Abraham, & ait: pauillū aqua mihi ad bibendum praebe de hydria tua. Quae respondit: bibe Domine mi: celeriterq; deposuit hydriam super vlnam suam, & dedit ei potū. Cumq; ille bibisset, adiecit: quoniam & camelis tuis hauriam aquam, & ita fecit. Ipse autē contemplantur eam tacitus, scire volens vtrum prosperum iter suum fecisset Dominus, an non: quod tamen feliciter hac via illi euenit iuxta desiderium suum. Sed operæ pretium est in lucem proferre admirabilia documenta, quae in hac historia latent, vt qui hunc statum suscipere auent, fiant digni admirandis eius effectibus, à diuina providentia prouenientibus.

PRIMUM: Isaac est perfectissimum exemplum eius, quod boni filij, in bonorum Parentum domo manentes, facere debent: nam cum aetatem haberet iam sufficientem, aded fuit subiectus & obediens Parenti suo Abraham, eiusque cura ita se totum commisit: vt de matrimonio ineundo sollicitus non esset: in omnibus & per omnia, parentis sui sancti decreto & voluntati se ipsum committens. Et quamuis Parens decreuisset, ne uxorem acciperet ex regione illa, in qua habitabat; sed ex remota adduceretur: nihil contradixit, nec replicauit. Et quemadmodum benè perpendit Rupertus: etsi esset *iuuenis*: satis tamen ostendit modestiam, & castitatem suam; cum non concupiuerit mulierem, quam oculis suis primū aspexisset; sed paratum se obtulerit, eam accipere, quam pater eius, & Deus per illum ipsi designarent. Et quamuis potuisset ipsemet in Mesopotamiam ire, vt sibi uxorem quaereret, quemadmodum postea, euenit Iacob filio eius: noluit tamen, nec in puncto à parentis voluntate discedere, sed negotium aded graue Praefecto domus patris sui cōcredidit: didicerat enim confidere diuinæ providentiæ, quae solet prospicere filiis, qui se totos parentibus suis, Deum in eis agnolcentes, subiiciunt.

SECUNDUM: quid dicemus de sancto senē Abrahamo, eiusq; ad filio suo prospiciendum zelo: in primis enim, cum ipse non posset de hoc negotio per se ipsum agere; neque expediret, filium ipsum ad illud tractandum proficisci, ne forte illic remaneret: elegit in hunc finem hominem maximæ virtutis ac prudentiæ, omnium, quos domi habebat, & cui ipse maximè fidebat, famulum scilicet nomine *Elozer*, hominem senem, cui suarum facultatum & familiae gubernationem crediderat; & quem, ob eius virtutem sibi notam, cogitabat, si filium non haberet, *ipsum facere heredem suorum bonorum.*

1.

Vide Pererit
c. 24. Genes.
Isaac obedi-
entia.

lib. 6. in
Genes. 28.

2.

Abrahami
solicitude.

b Gen. 15. 2.

Quia huiusmodi negotia non debent iunioribus; & parum expertis; aut cupidis, & laxioris conscientiae hominibus committi; sed *prudentibus* ac virtuosis, qui nostris rebus ita consulant, atque si propriae ipsorum essent; & in eis Dei voluntatem quaerant. Hac electione facta *duos* Patriarcha cum suo hoc praefecto conditiones, seu capita duo constituit: quae maximi erant momenti pro ijs, qui cogitant hunc statum suscipere.

PRIMA fuit, ne uxorem filio suo acciperet ex filiabus Chanaanorum, inter quos ille degebat, etiamsi nobiles essent, diuites, & forma elegantes: quia erant *idololatrae*, & pravae generationis, ac morum, qui potuissent esse filio suo perniciosi. Quo exemplo (ut Sanctus Ambrosius aduertit, docuit, matrimonium non esse ineundum praecipue ob *diuitias* & possessiones: sed primum (inquit) in coniugio *religio* quaerenda, & gratia bonae *indolis*: confundendo hac ratione (ut ait Sanctus Chrysostomus) & improbando illorum imprudentiam, qui plures faciunt amplas *dotes*, quam magnas *virtutes*: siquidem absque virtutis fundamento, ac natura docili & bene morata, nec concordia esse poterit, nec status hic felicem habere exitum. *Secunda* conditio fuit: ut si mulier, quam ibat quaesitum, nollet cum ipso venire, ne propterea filium suum Isaac unquam eo deduceret: Deum enim iussisse, ipsum exire de terra illa, dicens ei: *egredere de terra tua, & de cognatione tua & de domo Patris tui*: quod mandatum ipse vellet exacte seruare; nec permittere, ut filius suus aliquando ad eam reuertetur: Item ne contradicere videretur promissioni Dei, qua dixerat: *dabo tibi, & semini tuo terram peregrinationis tuae: omnem terram Chanaan in possessionem aeternam*: quod non haberet speratum euentum, si eius filius ab ea recederet. ne vero Praefectus ille conscientiam suam ob iuramentum praestitum grauaret, adiecit ipse: in eo euentu nolle, illum teneri ad explendum iuramentum. Quid autem hoc aliud fuit, quam docere eos, qui statum aliquem accipiunt, non debere in vlllo casu conditionem aliquam admittere, vel inserere, quae *diuinis praeceptis* repugnet: etiamsi aliquam *speciem religionis*, aut pietatis habere videretur. Non enim felicem euentum habere quod contra diuina mandata militat; nec Deus praetermittet eorum conatibus fauere, qui certo statuunt, quamcunque propriam commoditatem relinquere potius, quam diuinae ipsius voluntati contradicere.

HINC *quartum* oritur documentum, quod elucet in hoc Abrahami facto, totam suam fiduciam in Deo collocatis, ut voti sui compos fieret: quod illa verba indicant: *Dominus Deus cali ipse mittet Angelum suum coram te, & accipies inde uxorem filio meo*: Hoc etiam significans, *Angelos* ad quos spectat in huiusmodi occasionibus, exequi diuinae prouidentiae media. (ut mox videbimus) ad futuros, reque totam ad optatum finem directuros. Bene conscius erat sanctus

ille

lib. 1. de Abraham. c. 9
n n Virtus
post nimos
Homi 48. in
Genes.

c Gene. 12. 1

d cap. 17. 8.
Diuina pre
cepta nulla
specie boni
violanda.

4.

ille Patriarcha virissimæ illius sententiæ, quam postea Salomon scriptâ reliquit: *domus & diuitiæ dantur a parentibus: à Domino autem propriè vxor prouidens*: cuius hic sensus; quòd quamuis carnales parentes filijs suis diuitias largiantur, & vxores illis procurent; sed quòd rectè, quâ cuperent, attingant, hoc nõ ab ipsis parētibus prouenit, sed à cœlesti *Patre*. sic. n. idē Sapiens ait: *datū Dei esse mulierem sensatā, & tacitā*. Idem verò erit de viro. Cùm igitur optatus hic euentus à Deo proueniat: in eo est collocanda fiducia: vt industriæ ac diligentia nostræ efficacitatem præbeat.

Ad idē cōfert V. documentū, quod suo exēplo dat nobis *Eliezer*, domus Abrahami præfectus: qui ex parte sua *duo* adhibuit aptissima media. I. fuit *oratio*, qua Deum supplex orauit, suis vt votis, & Abrahami Domini sui faueret: solēne est enim apud viros iustos, credere, orationē (vt S. Gregorius ait) esse medium aptissimū ad hoc, vt quod Deus futurum constituit, executioni mandetur. II. medium fuit, velle examinare, eo que modo quo posset experiri *virtutem* ac dotes virginis, quā esset accepturus in vxorem Isaac Domini sui. Et ob hāc inter alias causam, (ait S. Chrysostr.) constituit pro signo eius, quā eligere deberet, si petenti bibere libētē illa daret, seq; offerret, ad camelis etiā potū dandū: sic. n. ostendisset, se esse benè moratā, mansuetam, *liberalem*, ad peregrinos propensā, & ad subueniēdū indigentib. quæ omnia valde erant conformia moribus eius, qui *sacer* ipsius esset futurus, ac viri futuri: adeoq; fuerunt hæc *duo* media apta, vt propter illa Deus illum plenè faceret voti compotem. Sed ne quis circa hoc factum impingat, & alicuius detrimētū ex eo occasionem accipiat, aduertendū est: in eo aliquid esse imitandum; & aliquid tantū venerandum. Nam primo aspectu videtur genus quoddam augurij & *superstitionis*, quod dixerit: puella quæ mihi tale verbum dixerit: illa est, quam Dominus elegit. Sed hoc & alia similia signa *duobus* modis possunt proponi: alter est per specialem *inspirationem*, & instinctum Dei: quia ad id valde efficaciter impellit: vt hac via manifestet voluntatem suam circa id, quod ab eo petitur: & tunc nec auguria sunt, nec superstitiones; sed genus quoddam *prophetia* ab eo inspirata, qui omnia nouit: quemadmodum euenit *Gedeoni*, & h. Ionathæ filio Saulis in verbis quæ à suis hostibus audiuerunt quæ tanquam certa signa ipsi acceperunt, victoria obtinendæ. Hoc igitur spiritu processit *Eliezer*, quemadmodum SS. Patres asserunt; nam ipsemet Deus illi inspirauit, vt ea verba diceret, & tanquam signum acciperet; & similiter ipsi *Rebecca*, vt eadem responderet: quia statuerat, hac via matrimonium illud ad exitum perducere. Et vt esset indicium & testimonium, quòd Deus illi inspiraret, præcessit humilis *doprecatio*, & in finem bonum ac circumspēctum absque leuitatis alicuius admixtione, ex vna, aut ex altera parte. Signa

aurem

Fiducia in
Deum.
c. Pro. 19. 14.

Ecc. 26. 17

5.

Oratio.

l. 1. Dial. c. 8
S. Thom. 2.
2. q. 83. a. 2.

Homil. 45.
in Genesim.
Probatio
virtutis.

Prophetia à
Deo.

g. Iudic. 7.
10. 15.
hr. Reg. 14. 9.
S. Chry. sū.
ora Theodo.
q. 73. in Gen.
S. Tho. 2. 2.
103. ars. 70.
d. 3.
Oratio.

2.2.95 A.7
supersticio
à Damone.

autem, quæ ordinariè viri & fœminæ huius sæculi petunt, aut desiderant, persuadens sibi, tale verbum, aut tale opus in tali opportunitate, signum fore eius, quod facere debeant. hæc inquam (vt S. Thomas ait) auguria sunt, & *superstitiones à damone iuuentæ per suos yeneficos & magos: aut à leui, inani, ac fraudulentò spiritu proprio excogitata.* Et qui fiduciam suam in eis collocat, non solùm grauitèr *peccat: sed dignus quoque est, qui decipiatur, & contra mentem & votum illi eueniat.* Neque licet ad excusationem trahere, quod Deus speciali priuilegio inspirat: nisi fortè in aliquo raro casu, in quo diuina eius maiestas similibus inspirationibus vtatur, præcedentibus etiam similibus *preparationibus: & in rebus grauissimis: cum vix vlla remedia humana occurrant, ad rectam in eis directionem.*

6.
Eliezer di-
ligentia.

SE D vltèriùs adhuc progressa est prudentia & pietas Eliezer: qui non satis sibi esse existimauit, quòd ad votum signa vidisset, quæ petierat: sed *dnas* adhuc diligentias adhibuit, vt certior de veritate fieret, cum magno enim silentio affectus & motus virginis perpendebat, vt exploraret, an ex animo sincero, intentione recta, & ad hospitalitatem ac virtutem propensione prouenirent: & præterea eam interrogauit cuius esset filia. vt sciret, an & hoc cum prognostico ipsius signo responderet: qui videns, omnia votis ac desiderijs suis esse conformia, *procidens in terram adorauit Deum; & pro felici euentu gratias ei egit; eius prouidentia omnia tribuens, eumque glorificans: affectus enim hic gratitudinis optima est dispositio, vt Deus bonum perficiat, quod cœpit.* Statim verò dedit virgini in aures aureas, & armillas aureas: vt gratum se ostenderet, pro accepto ab ea beneficio; & quia virgo etiam hospitium in paterna dōmo illi offerebat: ac denique vt eam ad sanctum finem, quam intendebat, hæc ratione alliceret. Honestum enim est & licitum, cognita in eiusmodi casibus Dei voluntate, talia *munera* offerre, ad allicienda corda, ad executinnem eius, quod Deus vult.

Gratitudo.

Munera.

7.
Dei volun-
tas adm-
plenda.
i Gen. 14. 50

DENI QUE vir hic prudentiam suam in eo adhuc ostendit: quòd hoc negotium non cum ipsa Rebecca, sed cum eius *parentibus & fratribus* tractauerit: referens illis verè ac syncerè quæ sibi erant à Domino suo Abrahamo commissa; & *medium* aperiens, quod ad voluntatem Dei cognoscendâ adhibuisset. Quod cum audiuissent, beneque perpendissent parentes, & fratres virginis, eiusque voluntatem cognouissent: responderunt tanquã prudentes & iusti viri: *i a Domino egressus est sermo: non possumus extra placitum eius quidquam aliud loqui tecum.* Nã statim atq; cognoscitur quod magis Deo placet, decet ac par est, nos illud acceptare; nec contrà aliquid adferre, aut agere: cum illud sit quod maximè expedit. Et matrimonium; quod per hanc viam dirigetur, prosperum habebit exitum, quemadmodum hoc habuit.

8.

SE D ne prætereamus silentio diligentiam, & celeritatem, qua vsus est fi-
delis

delis hic teruus, vt sine mora, ad iuuum dominum rediret: nec pallus est, detineri se per *decem* dies, quos parentes Rebecca habere cupiebant, vt breui illo tempore filia sua cum latitia fruereutur: praeferebat enim Domini suu Abraham, filijque eius Isaac solatium iucundae illi tractationi & studio ac fauori quem ibi experiebat. Et quemadmodum in deliberando prudentia est, paulatim pergere: ne festinatio aliquam adferat causam erroris: ita, deliberatione magno consilio facta, eiusdem prudentiae est, illam executioni mandare, ne ex incuria aut negligentia contingat impediri.

§. II. De matrimonio Tobia & Sara.

VB I maxime paterna Dei nostri prouidentia erga eos, quos ad hunc statum vocat praeluxit, fuit matrimonium sancti iunioris Tobia cum Sara Raguelis filia: quod est visibile quoddam exemplar eorum, quae Deus D. N. & Angelus *custos* agunt inuisibiliter cum electis, quibus statum hunc quasi propria manu ac rectissime conferre volunt.

ERAT igitur Tobias valde sollicitus, vt a pecuniam quandam sibi debitam recuperaret, nullam interim curam habens ducendi vxorem: Sara verò anxia valde, & afflicta erat, quòd cum septem viros accepisset, Asmodaeus daemò omnes occidisset prima nuptiarum nocte, antequam illam tangerent: recordatus ergo Deus vtriusque, misit de caelo Angelum b *Raphaelem*, qui erat vnus ex septem, qui est ante Dominum, vt illos in statu matrimonij collocaret. Sed quis explicare poterit amorem & sollicitudinem, qua Angelus perfecit, quae Deus illi commiserat? alloquitur ipsum Tobiam, suadet, vt Saram petat à parentibus sibi dari in coniugem: quia ita expediebat: aufert illi timorem, quo verebatur, ne, sicut alij septem, ipse quoque à daemò occideretur: dat illi optima monita & remedia: vt haec nuptiae felicem haberent exitum: quae supra commemorauimus: alloquitur postea ipse Angelus virginis parentem, ac persuadet, vt non dubitet, filiam suam Tobiae in coniugem tradere, quae Deus illi reseruasset; ac propterea non permisisset à quocumque alio viro tangi: concluditur ergo matrimonium, sicut Deus constituerat, ac direxerat. Tobias cum sua sponsa Angeli monita diligenter seruat; qui daemò alligauit, ne illis noceret. Et hac via ita prospere res successit, sicut ambo optauerant. Quò ergo potuit vltius paterna Dei prouidentia erga hos iustos peruenire, vt conuenientem eis statum daret, ita vt in quiete, diuites, & bene fortunati vitam ducerent? Multa alia media potuisset ipse adhibere, vt matrimonium illud perficeretur; sed noluit alio domus praefecto aut famulo homine vti; sed charissimo suo Angelo: vt visibili hoc exemplo, inuisibilem suam prouidentiam erga suos manifestaret, opera suorum Angelorum, qui illorum sunt *custodes* & solent in-

Delibera
paulatim,
exequere
statim.

bTob. 12. 29

Raphaelis
Archangeli
beneficia.

Angelus
custos.

1.
Amorem
conciliat.

c Tob. 7. 17.

2.
Illuminat.

3.
Damonem
arces.

4.
d Tob. 9. 2.
Omnia bo-
na largitur.

terius exhortari ac persuadere quidquid necessarium est, vt rectam huius status electionem faciant. Nam *primum* inspirationibus & impulsibus suis ita omnia mouent; vt vnumquemque faciant propendere, & affici ad eam *personam*; quæ magis sit illi viui futura, ad salutem consequendam: & ipsius parentes inducunt, vt annuant, efficacem illam rationem adhibentes *huic timentis Deum debetur coniunx filia tua: propterea alius non potuit habere illam*: sic enim Deus constituit, vt hic, & non alij, illam haberent.

MEDIA quoque diuina & humana suggerunt, per quæ *felix* exitus obtineatur: docent, quem in finem matrimonium sit contrahendum. non ad *carnis* voluptates, quas bestia quærit; sed ad benedictionem *Dei* in successione *filiorum*: impellunt ad exercitia orationis, & mortificationis, quæ præmitti debent: vt & *oratione* quidem apud eum insistant: mortificatione verò & continentia dissonant se, vt exaudiantur.

ALLIGANT præterea *dæmones*, vt nec minimum ipsos tentent; nec pios ipsorum conatus impediunt.

DENIQUE tot *bona* per eosdem Angelos ipsis eueniunt, qui eorum inspirationibus ac directionibus obediunt: vt cum Tobia dicere possint: Angelo suo: *d Si me ipsum tradam tibi in seruitum, non ero condignus prudentia tue, qua vsus es erga me.*

Ex quibus omnibus illud deducitur, quòd, qui desiderat bonam in hac re facere electionem, debeat cum *oratione & fiducia* ad *custodes Angelos* recurrere: illi enim sunt quasi inuisibiles paranympsi, Dei que instrumenta ad matrimonia dirigenda, & ad finem felicem perducenda. Quare amplectenda sunt eorum consilia, quæ suggerunt: quæ ijs similia esse solent, quæ iam retulimus, per quæ felicem habebunt exitum.

§. III. Ruth cum Booz coniugium.

a Ruth. 2. 3.

NON MINVS stupendam se ostendit prouidentia diuina in coniugio & matrimonio venerandæ *Ruth* & insignis viri *Booz*, quamuis media fuerint magis ordinaria & communia, quemadmodum constabit ex ipso sacro textu, in duobus vltimis eius historiarum capitibus. *a Postquam reuersa est ad socrum suam, audiuit ab ea: Filia mea, quæram tibi requiem & prouidebo vt bene sit tibi. Booz iste, cuius puellis in agro iuncta es, propinquus noster est, & hac nocte aream hordei ventilat. Lauare igitur & ungere, & induere cultioribus vestimentis, & descende in aream. non te videat homo, donec esum, potumque siverit. Quando autem ierit ad dormiendum, nota locum in quo dormiat, veniesque & cooperies pallium, quo operitur à parte pedum, & proticies te, & ibi iacabis: ipse autem dicet tibi quid agere debeas. Quia respondit: quidquid praeceperis faciam. Descen-*

duq.

dingit in eam, & fecit omnia, quae sibi imperaverat socrus. Cumq; comidasset Booz
 & bibisset & factus esset hilarior, essetque ad dormiendum iuxta aceruum manipulo-
 rum venit abscondite, & discooperto pallio, a pedibus eius se proiecit. Et ecce, no-
 cte iam media expansit homo, & conturbatus est: viditque mulierem iacen-
 tem ad pedes suos: ait illi: quae es? illaque respondit: Ego sum Ruth ancilla tua:
 expande pallium tuum super famulam tuam, quia propinquus es: (quali distinctius
 illi diceret, ut in coniugem ipsam acciperet, siquidem lex illum ad id impelle-
 bat, eò quòd esset mariti sui primi iam defuncti cognatus propinquus) Et
 ille: Benedicta, inquit, es a Domino filia, & priorem misericordiam posteriore supe-
 rasti: quia non es secuta iuvenes pauperes siue divites. Noli ergo metueri, sed quid-
 quid dixeris mihi, faciam tibi. Scit enim omnis populus, qui habitat intra portas
 urbis meae, mulierem te esse virtutis. Nec abnuo me propinquum, sed est alius me
 propinquior. Quaece hac nocte: & facto mane, ego te absque ulla dubitatione suscipi-
 am, vivit Dominus, dormi usque mane. Dormiuit itaque ad pedes eius usque ad no-
 ctis abscessum, surrexit itaque antequam homines se cognoscerent mutuo, & dixit
 Booz: Cave ne quis noverit, quod huc veneris. Et rursum expando, inquit, pallium
 tuum, quo operiris, & tene viraque manu. Qua portans ingressa est civitatem, & venit ad
 socrum suam. Qua dixit ei: Quid egisti filia? Narravitque ei omnia, quae sibi fecisset
 homo. Et ait, ecce sex modios hordei dedi mihi, & ait. Nolo vacuum te reverti ad
 socrum tuam: dixitque Noemi, expecta filia donec videamus, quem res exitum ha-
 beat, neque enim cessabit homo nisi compleverit quod locutus est.

Ruth. c. 4.

Ascendit ergo Booz ad portam, & sedit ibi. Cumque vidisset propinquum pra-
 terire, de quo prius sermo habitus est, dixit ad eum: Declina paulisper, &
 sède hic: vocans eum nomine suo. Qui divertit & sedit: Tollens autem Booz decem
 viros de senioribus civitatis, dixit ad eos: Sedete hic. Quibus sedentibus locutus est ad
 propinquum. Partem agris fratris nostri Elimelech vendet Noemi, quae eversa est
 de regione Moabidae, quod audire te volui, & tibi dicere coram cunctis sedenti-
 bus, & maioribus viri de populo meo. Si vn possidere iure propinquitatis eme &
 posside, sin autem displicet tibi hoc ipsum, indica mihi, ut sciam quid facere debeam:
 nullus enim est propinquus excepto te, qui prior es: & me, qui secundus sum. At ille
 respondit: Ego agrum emam. Cui dixit Booz: Quando emeris agrum de manu mu-
 lieris, Ruth quoque Moabidae, quae vxor defuncti fuit, dedes accipere, ut susce-
 das nomen propinquitatis in hereditate sua. Qui respondit: cedo iuri propinquitatis ne-
 que enim posteritatem familiae meae delere debeo tu meo utere privilegio, quo me il-
 lenter carere profiteor.

Hic autem erat mos antiquitus in Israel inter propinquos, ut si quan-
 do alter alteri suo iuri cedebat: ut esset firma concessio, soluebat homo calcea-

mentum suum, & dabit proximo suo; hoc erat testimonium cessionis in Israel. Dixit ergo propinquo suo Booz: Tolle calcamentum tuum. Quod statim soluit de pede suo. At ille maioribus natus, & uniuerso populo, testes vos, inquit, estis hodie, quod possederim omnia que fuerant Elimelech & Chelion, & Mahalon, tradente Noëmi: & Ruth Moabitidem, uxorem Mahalon, in coniugium sumpserim, ut suscitem nomen defuncti in hereditate sua, ne vocabulum eius de familia sua, ac fratribus & populo deleatur. Vos, inquam, huius rei testes estis: respondit omnis populus, qui erat in porta, & maiores natu: nos testes sumus: faciat Dominus hanc mulierem, qua ingreditur domum suam, sicut Rachel & Liam, qua edificauerunt domum Israel: ut sit exemplum virtutis in Ephrata, & habeat celebre nomen in Bethleem: fiatque domus tua, sicut domus Phares, quem Thamar peperit Iuda de semine, quod tibi dederit Dominus ex hac puella. Tulit itaque Booz Ruth & accepit uxorem, ingressusque est ad eam, & dedit illi Dominus ut conciperet, & pareret filium. Dixeruntque mulieres ad Noëmi. Benedictus Dominus, qui non est passus, ut deficeret successor familia tua, & vocaretur nomen eius in Israel: Et habeas qui consoletur animam tuam, & nutriat senectutem de nuru enim tua natus est, qua te diligit & multo tibi melior est, quam si septem haberes filios: susceptumque Noëmi puerum posuit in sinu suo, & nutricis & gerula fungebatur officio. Vicina autem meliores congratulantes ei, & dicentes: natus est filius Noëmi, vocauerunt nomen eius Obed: hic est pater Isai, Patris David. Haec sunt generationes Phares: Phares genuit Esron: Esron genuit Aram: Aram genuit Aminadab: Aminadab genuit Nabasson: Nabasson genuit Salmon; Salmon genuit Booz: Booz genuit Obed: Obed genuit Isai: Isai genuit David.

Hæc est historia matrimonij Ruth, admirandis documentis ad nostrum institutum plena, ut in proximo capite explicabitur.

CAPVT III

CONDITIONES AD MATRIMONIUM CELEBRANDUM, & SACRAMENTUM HOC DIGNÈ SUSCIPIENDUM, NECESSARIE.



CONDITIONES, quibus ita matrimonium celebretur, ut Deo D.N. placeat, mirifice sunt in prædicta Ruth historia depictæ. Quod si cursum nostrum paulò remotius inchoemus, inueniemus, diuinæ prouidentiae consiliū fuisse, quod Ruth his nupserit: primū in regione sua Moabitide, filio Elimelech & Noëmi: qui etsi per decem annos manserit in

matrimonio, inuenis tamen, & in flore, vt dicitur, atatis, nulloq; filio relicto, mortuus, Ruth viduam & solam reliquit: & hinc principum sumpsit secundum matrimonium cum Booz homine prae ditate, nobili, primique mariti consanguineo: qui etiam si senex esset, cum eum accepit: multis tamen annis superuixit, & filium ex eo habuit. Quod si varios hos euentus aspiciamus, quos diuina prouidentia iustissime & sapientissime decreuit: licet dicere: *primum* matrimonium infelix fuisse, eo quod offensio aliqua Dei fuerit in eo contrahendo: nam videtur prior ille vir contempsisse legem prohibentem Hebraeos ducere Moabitidas & idololatrias: *Secundum* vero fuisse *felix*: quia in eo contrahendo lex fuit obseruata, quae iubeat virum accipere viduam cognati sui proximi, si is absque filijs obijisset. Vt ex hoc omnes intelligant, primam infeliciam in matrimonij euentuum radicem solere esse *transgressionem legum Dei* eiusque *Ecclesia*: praecipue circa *gradus* illos prohibitos, qui matrimonium reddunt illicitum, ac proinde efficiunt contractum non valere: quia diuina iustitia punit tales contrahentes aut per ipsius matrimonij dissolutionem; aut per mortem alterius coniugum, aut sterilitatem aut, si filios genuerint etiam per eorum mortem, aut per alias similes aduersitates. Et in hoc sensu licet accipere, quod Sanctus Gregorius dixit: *experimento didicimus, ex tali coniugio sobolem non posse succrescere, quia scilicet non fruntur vita, utpote male geniti: contra vero radix bonorum in matrimonio euentuum, est legum custodia, quas Deus seruandas constituit, ut sic ipse legislator benedictionem suam coniugibus impertiat, detque illis & vitam longam, & prolium abundantiam.*

Deus nihilominus *permisit*, filium Noemi accipere Ruth coniugem: vt illa occasionem acciperet conuersionis ad veram religionem, & comitaretur foetum suam Noemi in Bethlehem: ibique *secundo* nuberet ipsi Booz: nam nisi primum matrimonium praecessisset, cessasset causa & occasio secundum inuendi: vt agnoscamus diuinam prouidentiam permittere saepe aliquos errores & peccata, ex quibus magna aliqua bona proueniant: & ex matrimonio minus recto occasionem accipit alterius valde gloriosi, & ex euentu aliquo aduerso aliam eruit prosperum & felicem: & hac ratione nos consolatur, additque animum, ne ob nostros errores abijciamur: aut desperemus, si eorum nos poeniteat: quia ipse & nouerit & poterit eos in bonum conuertere.

Hoc idem magis ab hac elucet in consilio ac directione, qua vsa est Noemi, ad hoc matrimonium perficiendum: cuius *consilium*, quamuis primo aspectu videatur fuisse temerarium ac periculosum: quia misit iuuenem mulierem, vt maneret per noctem in Area apud Booz: quae quidem occasio erat & periculum amittendae castitatis, matrimonio non secuto. Sed

Matrimonium sit legitimum.

Gradus prohibiti.

35. q. 3. cap. Quaedam Lex.

Legum custodia felix.

Prouidentia Dei e malis bona elicit.

Consilium
in speciem
temerariū.
q. 13. in c. 3.

Securum
quia à
Deo inspira-
tūm.

Miranda
non inui-
tanda.

Iustis, non
temerarijs
conuincet
Deus.
b Eccl. 3. 27

Parentum
est cura ma-
trimonij.

credibile potius est, Deum D. N. consilium illud suggestisse, cui optimè nota erat excellens modestia, & castitas, & grauitas venerandi senis Booz; & illum fideliter in hac occasione se habiturum; quæ etiam omnia ipsa Noëmi nouerat, quare ex Dei inspiratione, cuius diuinæ prouidentia plurimum cōfidebat, suasisit Ruth, ut faceret, quod fecit. Ac propterea (ut perpendit Abulensis) solum ei dixit: *proicias te & iacebis ante pedes eius, ipse autem dicet tibi quid facere debeas.* Atque si illi dixisset: potes benè fidere, ipsum nihil mali iussurum. Qua fiducia concepta, secutè Ruth executà est locrus suæ consilium: mouente etiam Deo ipsam, ad illud amplectendum, ob exitum fœlicem quem intendebat. Nec res est noua, quòd Deus Patribus antiqui Testamenti aliqua inspirauerit, quæ in specie, & primo aspectu peccata & errores videbantur: & reuera talia fuissent, nisi ad fines ad eò sanctos dirigerentur: adeoque pura intentione & vehementi impulsu, qui non permittebat, eos tunc aliud cogitare, aut attendere, quàm ut exequerentur, quod Deus illis inspirabat: ut apparet in facto a *Iudith*, quæ magno studio sese exornauit, & ad Holofernis conspectum peruenit, cum periculo admittendi aliquid contra honestatem: nisi Deus, qui, ut ea faceret, inspirauit, eam à tali periculo liberaret. Sed quoniam huiusmodi exempla in scriptura sacra narrantur, ut diuinam sapientiam & omnipotentiam *suspiciamus*, non verò, ut *eamitemur*: hinc est, quòd nullo modo liceat, propter huiusmodi exempla, media aliqua adhibere, quæ sint ex se *periculosa*, ad agendum de incundis matrimonijs. Nunquam enim sunt facienda mala, ad aliqua bona ex ijs elicienda & prouidentia diuina, quæ solet *iustis* rectam habentibus intentionem, & in suis deliberationibus prudenter se gerentibus fauere, & eorum *erroribus* bona aliqua elicere, damnaque auertere, quæ ex eis ortiri potuissent: nunquam hac ratione iuuat *temerarios*, qui sine vlla causa, pro suo libitu, & ut palato suo deseruiant, in talia pericula sese conijciunt. Propterea enim sapiens dixit: *b qui amat periculum* (quia temerè se in illud conijcit) *in illo peribit.* Nec iusta erit excusatio, quòd *parentes* aut amici talia consilia suggerat: quia non oportet illis obedire, quando aperte constat, talia media esse periculosa.

Hoc documento tanti momenti iacto, accipiamus alia non minus utilia ex prudentia & sollicitudine Noëmi, quæ veræ matris Ruth officio fungens, ei dixit: *filia mea quaram tibi requiem, & prouidebo, ut benè sit tibi.* Ad parentes enim bonos propriè spectat prouidentiam gerere de filijs suis, & statum eis procurare, in quo requiem habeant, & benè sit illis ad vitam ducendam: quandiu enim *statum* non habent, nec plenum solatiū habere possunt: sicut lapis qui non peruenit ad suum centrum: & ipsa suspensio, & cogitatio de suscipiendo statu, anxios illos ac sollicitos tenet:

peccat

pertinet verò ad ipsos parentes ab illa anxietate illos liberare, quando status ille est matrimonij, de quo iam loquimur. Nec solùm ob solatium filiorum, sed ob quietem etiam *propriam*, & vt tales curas deponant, expedit illos in statu collocare, quando tempus peruenit. id enim significauit Ecclesiasticus c. *Ecl. 7. 26.* dicens: *c. trade filiam tuam, & grande opus feceris, sed homini sensato da illam:* grande opus appellat hoc, quia se ipsum liberat Pater à cura & solitudine illius custodiendæ; & illam, à *periculo*, in quo versatur: est que vltima hæc Parentum ad filias obligatio, quam transferunt à se in viros, quibus illas tradunt. Et propterea monet Sapiens, vt *sensato det illam*: parum enim ad rem facit, quòd ille sit diues aut nobilis, si est fatuus, aut malè moratus: quia tunc non curas deponunt parentes, sed augent ob timorem malorum euentuum.

Quare interrogatus Themistocles Philosophus cui libentius filiam suam dare vellet, diuitine improbo, & insipienti: an pauperi, probo & sensato? respondit: malo habere *hominem*, qui pecunia indigeat, quàm pecuniam, quæ viro opus habeat. Sed felicior ac prudentior fuit Noëmi, quæ nurui suæ Ruth talem virum quæsiuit, in quo simul concurrebant diuitiæ cum virtutibus; & bona fortunæ cum prudentia, & rara sanctitate, quam in memorabili hoc factò patefecit.

§. I. *Coniugem probata virtutis esse querendam.*

PRIMUM. Ipse Booz, cum esset vir grauis, & prouectæ iam ætatis, ducturus uxorem, voluit eam esse probatæ virtutis, & quæ talis in tota ciuitate haberetur: ideoque illi dixit: *scit omnis populus qui habitat intra portas urbis mee, mulierem te esse virtutis*, cuius indicium etiam hoc est, quòd vt nuberes, non quæsieris *iuuenes pauperes* aut diuites secundùm ætatem tuam; sed propinquum prioris tui mariti, qui iuxta legem, eius qui sine filiis decessit, nomen suscitaret. Ex quo apparet *virumque sanctam intentionem* in hoc matrimonio ineundo habuisse: & ita Deus eorum desideriis benignè annuit, dans illis filium masculum, qui familiam suam cum magna eius gloria, in futurum propagaret.

SED in eodem factò adhuc multò amplius manifestauit Booz *ram castitatem*, diuinæque legis amorem; cum matrimonium *clandestinum* horruit, quod nocte fit, & sine testibus: volens illud ita publice & solenniter inire, sicut lex iubebat. Et quamuis *ocasio* esset *vehemens*, cum videret se habere prope mulierem iuuenem & comptam, petentem ab ipso, vt in uxorem eam acciperet, ipse tamen valde strenuè sese cohibuit, vt puritatem suam conseruaret. Et quamuis *ocasio* illi occurreret repente, cum esset à somno excitatus, quo tempore pugna solet esse vehementior: nihil tamen passus est integritati suæ decedere:

sed

Vide *lans.*
in *Ecl. 7.*
Virtus *qua-*
renda con-
iugis.

I.

Sancta in-
tentio.

2.

Non clan-
destinum.

Occasio peccati superanda.

Clandestina irrita. Sess. 24. de reform. matrimon. cap. 1.

Iniuriam proximi caue.

Et Cupiditatem.

4. Fidelitas.

Veritas.

Religio iniurandi.

sed hosti & carni suae strenue resistit, nec voluit diuinam legem conculcare, nec aliter matrimonium inire, quam lex ipsa constituerit in praesentia testium, & totius populi, qui mille bona illi sunt precati, dicentes: *faciat Dominus hanc mulierem, qua ingreditur domum iustum, sicut Rachel, & Liam, qua edificarunt domum Israel: ut sit exemplum virtutis in Ephrata, & habeat celebre nomen in Bethlehem, fiatque domus tua sicut domus Phares, de semine quod tibi dederit ex hac puella.* Haec omnes benedictiones euenerunt illi: ut ex hoc intelligamus, etiam nunc esse dignum, cui Deus Ecclesiae benedictiones concedat, qui matrimonium cum ea sollemnitate celebrat: quam ipsa describit: quae semper detestata est clandestina matrimonia tanquam valde periculosa, & multis peccatis, ac perturbationibus exposita, donec tandem sacrum Tridentinum Concilium illa irritauit, ac statuit, si clam fierent, nullius esse valoris: ut sic ab ipsa radice tot malorum sementem euelleret.

ETIAM eluxit sanctitas & iustitia Booz in eo, quod noluerit, ipsum matrimonium inire cum iniuria alterius, qui titulo maioris propinquitatis, plus iuris ad illud habebat, iuxta legem antiquam, & ita noluit promittere ipsi Ruth, se illam in coniugem daturum, nisi sub conditione, quod alter monitus cederet iuri suo. nam iustorum est, nolle iniuriam alijs facere: nec eis velle, quod non vellent sibi fieri. Et qui cupit feliciter sibi euenire statum, quem desiderat: caueat imprimis, ne illum adire contendat cum aliqua iniuria proximi: non enim dabit Deus felicem exitum in rebus proprijs ei, qui eas per media contra iustitiam, & cum alicuius damno quaerit. Et quamuis nouerat Booz, cum Ruth se accepturum in dotem agrum Elimelech; non propterea fuit cupiditate excacatus, nec agere voluit ut illum haberet, nisi alter, qui potius quam ipse ius habebat, ei renunciaret. In quo etiam dedit exemplum cohibendi cupiditatem ei, qui de assumendo statu in bonum animae suae agit: nam electiones ab huiusmodi radice deprauata ortae solent cedere in animae detrimentum.

IN EODEM Booz facta apparet eius fidelitas ac veritas: dum promissionem, ipsi Ruth, licet in occulto & sine testibus factam, magna celeritate adimpleuit: quia sufficit, Deum esse testem, qui omnibus, quae dicuntur, & fiunt in toto mundo, etiam in angulis, praesens adest: quod si promissio iuramento firmeretur; est peculiaris ratio, cur sit implenda: eo quod aduocatus sit ipse Dominus in testem promissionis, & quasi eius fide iussor. Et quamuis in huiusmodi casibus attentius sit considerandum, quid iuretur & promittatur: promissionem tamen factam necesse est exequi. Nam ad prouidentiam diuinam spectat, fouere, & promouere causam prudentum iuramentorum, eisque felices exitus dare: siquidem accipit illa, tanquam media ad electionem horum statuum.

AD EANDEM fidelitatem pertinet, omnia *impedimenta* prudenter remouere, quæ occurrere possunt, quo minus promissio impleatur. Ac propterea Booz dixit Ruth: *caue, ne quis nouerit, quod huc ueneris: ut scilicet, & suum eò aduentum; & id, de quo conuenerant, apud se retineret: id enim plurimum referre solet ad felicem negotiorum expeditionem: sicut, non seruato secreto, solet exitus esse minus fælix, & exurgere mille impedimenta, quæ bona consilia, & dispositiones disturbent. Et fortè, si alter ille ipsius Booz propinquus, qui repente ad portam ciuitatis uenerat, ubi actum & conclusum est de iure matrimonij, conscius fuisset, quid inter Booz & Ruth fuisset actum, præcogitasset quid sibi esset respondendum, & aliud consilium inuenisset, ne agrum relinqueret, quem alias habere cupiebat.*

SED ne silentio prætereamus prudentem Booz ipsius cautelam, qua monuit Ruth, ut suum ad aream, tali noctis tempore, accessum occultaret: cupiebat enim ipse etiam *suspicionum*, & murmurationū occasiones remouere. honorati enim & prudentes homines non satis existimare debent, quòd culpas coram DEO euitent; sed etiam mali nominis occasiones apud homines. Hoc est enim quod monet Apostolus, ut d *prouideamus semper bona, non tantum coram DEO, sed etiam coram omnibus hominibus*. Et Sapiens hortatur, ut *curam habeamus de bono nomine: hoc enim, ait, magis permanebit, quam mille thesauri pretiosi & magni*. Ut igitur bonum nomen conseruaret Booz, uoluit aduentum Ruth occultum teneri: præcipuè cum ipse illum non procurasset. Et simul ipsi Ruth consulebat: ad cuius honestatis bonum nomen & opinionem, quam in ciuitate habebat, omninò spectabat, eundem aduentum occultari.

SED ipsa quoque Ruth suam prudentiam ostendit; quia ita tacuit & secretum apud se seruauit, quod Booz illi commendauerat ut, soli *socrui* suæ, quod gestum erat, aperuerit. non enim intelligebatur secretum, etiam apud Noëmi seruandum. ut hinc discant mulieres esse circumspectæ in huiusmodi pactis. Nam sicut prudentiæ est alijs illa non *prodere*; ita esset insignis imprudentiæ à Satana (ut superius est dictum) suggestæ, eadem parentibus & bonis consiliarijs *occultare*: quia exponunt se periculo, ut facile decipiantur. Satis uerò constat, Booz non uoluisse pactum illud occultari Noëmi, siquidem, cum dedit illi sex modios hordei, dixit: *nolo uacuum te reuerti ad socrum tuam*, coniecit enim uir prudens, ab ipsa Noëmi consilium illud prædijsse: ac proinde omnium eorum consilium futuram, quæ gesta essent. Eadem uerò opera exhibuit suam liberalitatem, & misericordiam, subueniendo indigentibus. Sed ipsis uerbis insinuare uoluit Booz, illam eleemosynam non tam à se fieri in gratiam ipsius Ruth, quam senioris Noëmi, ut hac ratione ipsius puritas

5.
Secretum
seruandum.

Boni nomi-
nis cura.
d Rom. 12.
17.

e Eccl. 4. 15

6.

Mulieres
taceant.

Parentes
consulant.

Liberalitas
sit prudens.

magis innotesceret: quia ad eam potius respexit, de qua minor poterat esse suspicio.

7.
Iustitia.

DENIQUE voluit Booz, totum hoc negotium in publico *Iustitie* tribunali, (quod olim esse solebat ad portas ciuitatis expediri conuocatis grauioribus, & senioribus iudicibus: quibus causam suam cum veritate & sinceritate proponeret: libenter secuturus quod illi ex iustitia decernerent: liberam etiam faciens competitori suo potestatem eligendi, quod magis veller, sibi que vtilius existimaret. Postquam autem ille suo iuri cessit, quoniam signum talis cessionis erat secundum legem illam, vt *calceum* exueret, eique daret, cui ius cedebat: statim hoc petijt Booz, vt sic constaret de iure, quod in ipsum transibat. In quibus omnibus elucet *rectitudo iustitia*, qua agendum sit de rebus ad matrimonium spectantibus: non contentionibus & disputationibus importunis: sed rationibus verbisque modestis: locum dando rebus apertis & indubitatis; & absque importuna aliqua extorsione, liberum alteri parti relinquendo, vt iure suo uti possit: nec iudices eos eligendo, qui ipsius votis annuant: sed qui statuunt, quod iustum est: quia quod hac ratione & via statuatur, vtilitatem & commodum adferet.

POSTquam vero de veritate & iustitia constitutum fuerit, expedit, id *omnibus innotescere*: cum enim matrimonium sit status perpetuus: necesse est *firmum* ac stabile esse, quod illud comitatur, & ad eius onera portanda iuuat.

§. II. De aliis quibusdam matrimonii conditionibus.

Matrimo-
nium.
Contractus
& Sacra-
mentum.
1.
Intentio.
2.
Confessio.

QUAEVNIQUE haec tenus dicta sunt, spectant ad matrimonium, quatenus est *contractus* quidam humanus, & dirigitur ad fines primae suae institutionis; superest, breuiter ostendere conditiones, dignè illud celebrandi, quatenus est *Sacramentum*: quae ad nostrum institutum potissimum sunt *duae*. *Prima* conditio est, vt recta adsit *intentio* proprii finis huius status & Sacramenti: sicut in primo capite est dictum. Et quod hi fines excellentiores erunt, & absque mixtura finium terrenorum & sensualium, eò erit dispositio ex hac parte sublimior.

SECUNDA conditio est, vt bona adsit *conscientia*, à grauibus peccatis pura & munda. Effet enim graue sacrilegium contra debitam diuino huic Sacramento reuerentiam, illud cum conscientia peccati mortalis suscipere: quia per hoc ponitur ob *ex gratia*, quam conferret; & quod est ex parte talis suscipientis, Sacramentum esset signum inane: quia non efficeret, quod significat. Et quomodo dignè referet, ac significabit coniunctionem CHRISTI Domini nostri cum sponsa sua Ecclesia: qui coniunctionem amoris cum i-

plo

pfo Christo non habet, sed eius potius est hostis: nec desunt Doctores qui asserant, duo hic admitti peccata lethalia: alterum, eò quòd sit *minister* Sacramenti; alterum, quòd illud *accipias*: vtrumque autem facit indignè, quem admodum improbus *sacerdos*, cùm celebrat, duplici nomine peccat: tum quòd *consecret*, tum quòd *communice*: ipse enim Sacramentum conficit, & suscipit Sacramentum indignè: siquidem Apostolus dixit: *a qui manducat indignè, iudicium sibi manducat, non diiudicans corpus Domini* ab ordinario & communi pane, ita qui hoc Sacramentum suscipit cum conscientia peccati mortalis, meritò iudicabitur ac damnabitur: quia nullum ponit discrimen inter hoc Sacramentum, & reliquos humanos contractus. Siquidem nulla alia præparazione illud suscipit, quàm si rem non sacram susciperet, & more Gentilium. Debet igitur diligenter se prius examinare, & attendere: an eius anima sit aliqua lethali culpa defœdata: & si quid tale inueniat, prius quàm matrimonium coram Parocho & testibus contrahat, det operam, vt per *contritionem* saltem illam abluat, faciens quod in se erit, vt illam verè cõcipiat; aut (quod melius & securius est) per sacramentalem *confessionem*: vt sic in gratia & amicitia Dei accedat: ita vt per hoc Sacramentum gratia illi augeatur. Eoque gratiæ augmentum erit, maius, quòd melior erit dispositio ob maiorem animæ, & intentionis, qua accedit, puritatem.

ETIAM est valde expediens, similem dispositionem adferre, cùm acceditur ad *benedictiones* suscipiendas, quas Ecclesia ipsis contrahentibus in tali solennitate precatur: ne per lethalem aliquam culpam, obicem illis ponat. Quas benedictiones libenter Deus impertit benè præparatis, ac dispositis ad eas suscipiendas. Deinde bona hac *dispositione* efficiunt, ne huiusmodi *ceremonia* quas Ecclesia adhibet, inania sint, sed plena signa, quæ Deus copiosa sua misericordia replet, simulque præbet Spiritus sancti *Arrhas*, *Annullum* Fidei ac Fidelitatis: & *velum* puritatis ac honestatis; *Torquem* charitatis, vnionis, qui contrahentium corda coniungat; vt sint *duo* in spiritu vno, vt proximo capite dicitur.

Vide Thom.
Sanch. 10.
disp. 6. scilicet
2. tom. 2.
disp. 16. lect.
4.

21. Cor. 11.
19.

Benedictio.

Dispositio.

Arrha s.
Spiritus.

CAPVT IV.

PERFECTVS AMOR ET CONCORDIA CONIUGVM ET
media quibus illa conseruatur.

Amor ami-
citiæ.

Christia-
nus.

a. 1. Tim. 1. 5.
Corde puro.

Conscientia
bona.

Fide non
ficta.

I.
b Eph. 5. 25.

PROPRIA coniugum in statu suo perfectio ad *duplicem* virtutum ordinem præcipuè reducitur, quædam ad *unionem* mutuam inter se ipsos, & cum suis cognatis conseruandam: aliæ ad bonam *filiorum* educationem; familiæ, & temporalium bonorum gubnationem pertinent. Harum autem virtutum *prima*, eaque maximè necessaria est, perfectus, & mutuus inter se ipsos *amor*, hic enim reddit luauè iugum perpetuum, quod portant: sed amor hic nõ ille esse debet, qui dicitur *concupiscentiæ*, qui in amando, proprium aliquod lucrum, aut commodum respicit: hic enim tum est valdè *imperfectus*, tum non *diuturnus*: nam lucro deficiente, amor etiam ipse euanesceret, oportet igitur amorem esse *amicitiæ*, quo se mutudament, propter ipsummet *amatum*; & propter talis coniunctionis bonum: ita vt neque bonis fortunæ, neque honori aut pulchritudini, aut corporis elegantix, aut alteri alicui temporali commodo innitatur.

Nec tamen, vt amor hic sit perfectus, sufficit, quod sit amicitiæ humanæ, quæ coniunctioni carnis & sanguinis innititur, qualis etiam inter gentiles & infideles inuenitur: sed esse debet amor *Christianus*, ortus à virtute a *charitatis*, quæ finis est præcepti, de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta. Quare diligere se debent coniuges in DEO, & propter DEVM: nullas culpas inferendo, nec affectiones ad personas, aut res alias quæ huius amoris puritati aduersentur, & *bona conscientia*, ita alter alteri benè faciat, & complacet: quia DEVS ita vult, & ipsius status bonus progressus id exigit, & *fide non ficta*, ita vt mutuam fidelitatem, quam sibi promiserunt, re ipsa seruent: nihil admittentes fictionis & fraudis, nec opere, nec verbis, nec vel cogitatione, aut desiderio: nam licèt homines corda non videant, Deus tamen videt, qui est amoris & charitatis huius zelator: & infidelitas aut charitatis remissio, quæ latet in corde, solet exterius erumpere per aliqua signa, & opera, quibus qui amari se existimabat, perturbatur. Ad amorem hunc cadè perfectum exhortatur idem Apostolus tribus adductis efficacissimis rationibus.

PRIMA est, deducta ex Christi D. exemplo: b *viri* (inquit) *diligite uxores vstras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & se ipsum tradidit pro ea, vt illam san-*

ctificet

Elificeret. Quasi dixerit: amorem, quem *Christus* D. habuit ad Ecclesiam sponsam suam, qui fuit purus ab omni intentione alicuius lucri, liberalis, fidelis, & constans vsque ad vitam propriam exponendam, vt eam faceret sanctam, & sine macula: eum inquam amorem tanquam exemplar accipite amoris erga vxores vestras, vt conemini illum imitari.

SECUNDA ratio est deducta à similitudine amoris erga se ipsos: viri inquit (debent diligere vxores suas, vt corpora sua; qui suam vxorem diligit, se ipsum diligit: nemo autem vnquam carnem suam odio habuit, sed nutrit & fouet eam, sicut & *Christus* Ecclesiam. Non itaque debet vllus vxorem suam odio habere cum qua est vna caro: sed nutrire & fouere illam amore illo puro & perfecto, quo noster Saluator nutrit & fouet Ecclesiam suam, & animas quæ in ea sunt.

TERTIA ratio est ob preceptum Dei in huius status institutione latum, cum dixit: propter hoc relinquet homo Patrem, & matrem suam, & adheret vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Hoc ipsum autem lex noua magis extulit, cum fecit, vt matrimonium esset Sacramentum, signumque vnionis & amoris, quem habet *Christus* ad suam Ecclesiam: ac proinde coniuges ipsos etiam obligat, vt signum ipsum verum faciant iuxta rem significatam: vt mutuam scilicet habeant inter se charitatis coniunctionem, quemadmodum habet *Christus* & eius Ecclesia. Hæ tres rationes æquè obligant vxores ad viros suos amandos, quemadmodum Ecclesia *Christum* amat puro, fideli, & constanti amore: quia & ipsa sunt vnum cum viris: ideoque tenentur illos, sicut se ipsas diligere, & relinquere Patrem & matrem, vt adhæreant viris suis: tam ob Dei preceptum, quam ob Sacramentum *Christi*: nam in hoc sunt pares,

§. I. Extrema huius amoris vitiosa.

SED quemadmodum virtutes semper tenent medium inter duo extrema vitiosa: alterum ad dextram per excessum; alterum ad sinistram per defectum: ita amor coniugum ex vtroque extremo potest vitium contrahere: alterum est, si ad eum nimius esset amor: vt, quo inuicem sibi complacerent, non curarent Dei legem conculcare. Quemadmodum a *Adam*, ne Heuam contristaret, comedit fructum, à Deo sibi prohibitum, potius volens Deum offendere, cum tanto totius orbis detrimento, quam suam vxorem contristare: Et *Salomon*, quia b copulatus est ardentissimo amore alienigenis mulieribus, edificauit eis templa, in quibus Deos suos adorarent: qua cor eius auerterunt, vt & ipse illos adoraret. Et de quodam alio narrat Euangelium, quod c inuitatus ad nuptias regias noluerit venire, ne vxorem, quam recens duxerat, vel ad breue tempus relinqueret. Et, vt habet liber

Amor Christi
exemplum
coniugum.

2.

Amor proprius
lynceus.

3.

Preceptum
Christi ad
diligenda.

Vxorum reciproca
obligatio.

Vxor diligenda post
Deum.

a Gen. 3. 6.

17.

b 3. Reg. 11.
1. & c.

c Luc. 14. 20

Eldra: multi dementes facti sunt propter uxores suas, & seruifacti sunt propter illas: & multi perierunt, & iugulati sunt, & peccauerunt propter mulieres. Et ipsamet coniugalis castitas ex hoc excessu amoris plurimum laeditur, quemadmodum paulò pòst videbimus. Contra hoc extremum tendit præclara illa Saluatoris admonitio, iubentis discipulos suos, e odisse uxores suas: nam (vt Sanctus Thomas aduertit) solennis est diuinæ scripturæ stylus, odium appellare amorem minorem cum maiori collatum: quemadmodum dicit, quòd f *Deum* *Jacob dilexit, & Esau odio habuit*; eò quòd Esau minus dilexerit, multoq̃ue parciùs ei fauerit, quàm Jacob. Ita igitur vir vxorem & vxor virum odisse debet, quatenus minus debent se mutuò diligere, quàm Deum dirigendo amorem suum iuxta rationis & legis diuinæ regulas: ita vt nunquam amor vt mutuus in causa sit, cur eam transgrediantur. Nec debent, quemadmodum Adamus, de manu vxoris pomum accipere, quod illa contra Dei mandatum obtulerit: etiam si illud dulcissimum esset, nec eius voci aut persuasioni, quantumuis inopportune acquiescere. Quod si conqueratur propterea, se odio haberi; respondeat: hoc esse odium, quod Deus commendat: nec tamen odium hoc esse malum, sed perfectum, & verus aliàs amor, licet inferioris gradus, quàm amor ipse Dei. Et si vxor contenderit, vt vir idola adoret, quæ adorat ipsa; & vt templa illis ædificet: vt sic ostendat se fauere ipsius vanitatibus, & mundanis recreationibus; & vt terrena & inordinata ipsius desideria sequatur: nullo modo ei est acquiescendum, sicut Salomon acquieuit: sed operam potiùs det, vt illa, vxor non adoret, sed à se abijciat, quemadmodum g *Jacob* effecit, vt *Rachel* ea abijceret: vt ita saluari possit. Et hic erit vere perfectior amor; qui plus vxoris animam, quàm corpus amat. Quòd si amor erga illam instiget, vt negligat conuiuia Dei, Sacrum Missæ, concionem, & Sacramentorum frequentiam: mortificet hunc amoris excessum, induatq̃ue robustius pectus, ad vxoris societatem interdum dimittendam, quòd Dei familiaritatem, quando id illi placet, obtineat. Quod diximus de viris, intelligendum etiam est de vxoribus: quæ sancto quodam odio debent illos prosequi in eo sensu: quòd amor erga illos multò sit minor, quàm erga Deum ita vt nullum in eorum gratiam peccatum admittant. In idem extremum incidunt, qui ob nimium amorem, facilem dant suscipionibus, & zelotypia locum; alijsque multis defectibus, de quibus inferiùs agetur.

2. Non tamen propterea inclinare debent in extremum alterum vitiosum, amoris scilicet ad eò exigui parciq̃ue, vt verè declinet in odium malum. Ex quo graues offensiones contra Deum Dominum nostrum oriuntur; & contra vnionem & concordiam charitatis, fidelitatem, & iustitiam, ad quæ matrimonij contractus obligat, & Sacramenti significatio: sic enim

tranf-

c *Luca. 14. 20*f *Malac. 1. 3.*
Rom. 9. 13.

Odium vxorum sanctorum.

g *Gen. 35. 2.*

Tract. 3. c. 5.

Deus marito proponendus.

Zelotypia.

2.
Odium malum vitandum.

transgredierentur & turpiter macularent vnionem vnus cum vna, quæ per vnionem Christi cum Ecclesia significatur: & contra hoc extremum diriguntur omnes rationes Apostoli, quibus viros exhortatur, vt *uxores suas diligant, & sicut Christus Ecclesiam*: cuius amor non sequitur extrema, sed regiam tenet perfectionis viam: non declinans ad dextram, neque ad sinistram, vt sit omnibus coniugatis exemplar amoris, quo se mutuo prosequantur.

§. II. In quibus rebus Coniugum amor debeat prælucere.

EX HAC Apostoli doctrina deducere possumus particulares aliquas res & proprietates, in quibus amor vtriusque coniugis debeat elucere, ad imitationem eius, qui est inter Christum D.N. & eius Ecclesiam: vt pulchre ostenditur in octo capitibus libri Cantici Canticorum ex quibus, quæ ad hoc propositum maioris erunt momenti, colligemus.

PRIMA sit, quod vtriusque amor, quæ sunt coniuges, debet esse singularis & vnicus: ita vt vterque sibi in altero ita complacere, atque si *solus* esset in mundo: quemadmodum ipse Christus de sua Ecclesia dixit, *sicut lilium inter spinas*: sic *amica mea inter filias*: ipse verò sponsa respondit: *sicut malus inter ligna sylvarum*, sic *dilectus meus inter filios*: quare viro ipsi, totius mundi mulieres esse debent tanquam *spina*; vxor verò tanquam *lilium*: & quemadmodum homo refugit contingere spinas, ne ab eis pungatur; gaudet verò tangere, & odorem lilij percipere, quia suavis est: ita vir fugere debet tactum & familiaritatem cum vxore aliena: quia si valde propè accedat facile pungetur, & cruentabitur. Cum propria tamen familiarissimè agere debet: quia ex eo, & consolationem & confortationem hauriet. Hoc ipsum tamen præsupponit, *vxorem* erga suum virum non debere spinatum sed *lilij* proprietates habere: non enim aspera & insipida; sed lenis, blanda, & beneuola esse debet: sicut Ecclesia est erga Christum: & quæ sibi persuadeat, omnes totius mundi viros sibi esse tanquam ligna *syluestria*, & inutilia: sed proprium virum esse *pomum* pulchris & odoriferis fructibus plenum: & à reliquis omnibus decet se subtrahere, atque si essent planè *syluestres*, & intractabiles: nolens ab eis villos fructus, aut munera, quæ puritatem & cordis ipsius amorem maculent: quia talia à solo suo marito expectare, & accipere debet. qui etiam erga ipsam coniugem non se debet habere tanquam *Syluestre* lignum, parum beneuolum, & inutilem, sed tanquam *pomum* quæ illam *umbra* sua protegat, & *fructu* recreet, suauiq; *odore* confortet. Et hoc modo alterius amor conseruabit & fouebit amorem alterius.

I.
Amor vnus.
a Can. 2.1.

Coniugum
amor mutuus.

HINC

2.
Velle unum
virique.

Can. 2. 10.
c. 7. 11.

3.
Defectibus
amor non
viobetur.

b Can. 1. 7.
Vir uxorem
corrigat.

Vxor beni-
gne acci-
piat.

c Gen. 35.
Trac. 3. c. 5.

HINC prouenire debet *secunda* proprietates, quæ est *voluntatum* vtriusque conformitas, ita vt vterque vnum idemque velle habeat in bono: & vxor debitam marito *subiectionem* seruet, vt paulò post dicemus. In rebus autem obsequij diuini maximè debent hanc conformitatem tenere; & alter alterum exemplo & verbo extimulare, quemadmodum duo Seraphini, qui versantur in præsentia Dei, mutuo se inuitantes ad illum benedicendum, & laudandum. Et sicut in libro Canticorum nunc Christus D. sponsam inuitat ad exercenda bona opera; nunc verò sponsa inuitat dilectum, vt secum veniat ad eadem exercenda: ita vir exhortari debet vxorem ad opera virtutum, & religionis: & vxor inuitare debet virum ad ipsam in eisdem comitandam: & vterque debet in omnibus iustis & honestis rebus ita esse conformis vt neuter alterum impediatur: si enim vterque fuerit conformis in amore Dei, ac diuino eius seruitio: ita etiam erunt tales in amore mutuo; & in omnibus, quæ ad ipsorum bonum & vtilitatem pertinent.

SED quoniam necesse est, inter coniuges aliquos esse *defectus*: etiam in hoc debet mutuos amor ita elucere, vt tales defectus non valeant, mutuam charitatem remittere; sed fouere potius, ad culpam reparandam, ac euitandam. Nam perfectus amor non potest in malo cum altero conuenire; sed potius horrere illud debet, & qua poterit meliori via, operam dare, vt illud impediatur, exhortatione, admonitione, & reprehensione. Quamuis in hoc aliam rationem seruare debeat vir, qui *caput* est: quam vxor, quæ est *subdita*: vir enim maiorem habet authoritatem ad vxoris defectus reprehendendos & corrigendos: non quidem cum ea *asperitate*, qua famulas & ancillas; sed cum *suauitate*, quæ proficiscatur ex amore: ita tamen *efficaciter*, vt ipsum malum, ac damnum impediatur. Eum in modum quo Christus, D. N. sponsam reprehendit, dicens: *b si ignoras te, o pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum tuorum.* in quibus verbis leuitatem seueritati coniunxit: quia appellauit eam *pulcherrimam* inter mulieres: ne existimaret, se ab ipso non amari: *minatur* tamen, se nolle illam in domo habere: vt ita defectum emendaret, ob quem talia minaretur. Sed quemadmodum sponsa erubuit ea reprehensione, humiliter eam acceptans, vt statim emendare se studeret: ita prudens mulier, quando propter culpam aliquam corrigitur, non debet multa cholera inflammari, & instar tigridis in virum suum se conuertere: sed roseo quodam rubore ac verecundia agnoscere suam culpam, & statim curare emendationem: & quando vir vniuersim totam familiam ob defectum aliquem admonet, si ipsa est rea: debet quoque culpam suam reparare, quemadmodum fecit Rachel, quando Iacob, conuocata omni domo sua, dixit: *c abiicite Deos alienos, qui in medio vestri sunt,* quemadmodum superius dictum. Sed si vir in defectum aliquem

laba-

labatur: debet quoque vxor cum charitate illū reparare, & impedire: nam (vt S. Thomas ostendit) etiam Inferior potest Superiorem suum corrigere, non quidem morosè, sed blandè ac demissè, quemadmodum Apostolus dixit discipulo suo Timotheo. *d senior ne increpaueris, sed obsecra, vt patrem* Ita, inquam, vxor maritum obsecrare debet: demissè rogans, vt se emendet, ob *damnum* ipsi imminens; & *exemplum* malum; quod alijs præbet; & ob alias rationes, quas charitas & prudentia humana ad id adferre solet.

2.2.9.33.4.4
Vxor virum
moneat.

d Tim. 5. 1.

4.
Animam
dent pro se
inuicem.

e 1. Re. 19. 11

Maxime
vir.

f Can. 8. 7.
3. A. E. J. 4. 25

5.
Placere stu-
deant in li-
citis.

g Can. 2. 10
h c. 6. 2.

AMPLIUS hoc confirmatur *quarto* perfecti huius amoris signo quo vterque coniugum, alterius res accipit tanquam proprias: cum enim vterque sit vna caro, & vnus Spiritus ob contractum, & Sacramentum: æquum omnino est, vt se ipsos tanquam vnum gerant, ita vt vterque idem omnino alteri velit, quod sibi ipsi vult. quoad salutem, honorem, fortunas, quietem & vitam, tam corporis, quam animæ cuiusque periculo se exponendo, vt alterum liberet: quemadmodum Christus Dominus Noster fecit, vt Ecclesiæ suæ beneficeret; & Ecclesia ipsa idem facit, vt sui sponsi Christi D. honorem defendat. Nec fuit exiguum indicium insignis amoris Michol, filia Regis Saul, erga suum virum Dauidem: cum enim Saul misisset satellites suos in domum Dauid, vt *custodirent eum, & interficerent*; statim illa id viro suo indicauit, dicens: *nisi Saluaueris te nocte hac: cras morieris. Deposuique eum per fenestram & ita ille saluatus est. Tulit autem Michol statuam, & posuit super lectum, & ita cooperuit, vt posset dicere, quod Dauid ægrotaret.* quamuis enim non dubitabat, patrem suum, cum id cognosceret, ægerrimè laturum, ipsamque grauius reprehensurum, quemadmodum postea fecit: illa tamen virum suum in amore prætulit Patri, plurisque fecit, quod eum à periculo liberaret: quàm quod se ipsam periculo suo subtraheret. Sed multò adhuc magis deberet vir fortitudinem suam ostendere, exponendo se cuiusque periculo pro omnibus, quæ ad bonum vxoris pertinent: propterea enim dicitur: *si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam*: vt ita possit vxoris, quam tantopore diligit, bonum conseruare; nec parcere facultatibus, sanitati, aut vitæ vt vxor hæc ipsa habeat.

HINC oritur quinta proprietas puri huius amoris, quæ in eo consistit vt vterque alteri placere & solatium dare studeat in ijs quæ petit ac desiderat; & in remouendis ijs, quæ possent illi displicere, aut pœnam & molestiam adferre hoc tamen iacto fundamento, vt materia sit licita, & expediens: talis enim est amor mutuus inter Christum Dominum Nostrum & suam Ecclesiam, quamobrem illa dixit: *dilectus meus mihi & ego illi, & iterum in uersis verbis ait: h ego tota dilecto meo, & dilectus meus totus mihi.* quia

Tom. 2.

Nnn

ille

ille totus occupatur in prospiciendo bono meo; & ego tota sum in rebus obsequij eius; ille attendit meo honori; & ego studeo honori eius: ille in remouendis, quæ mihi nocent; & ego reiiciendis, quæ illi displicent. Idem igitur præstare sibi debent mutuò coniunges; ita vt huius amoris indicia nunc à coniuge incipiant, nunc ab ipso viro: ita tamen, vt vterque in altero inueniat similia officia, quæ amoris suo respondeant: illa studere debet, totam domum ad eò pacificam & onratam habere: vt ipse sibi complaceat, in eam intrare; eique tanta cura indulgere: vt gaudeat in eius societate manere; & ex ijs, quæ suis manibus comparauerat, offerat munera illi grata, dicens cum sponsa: *omnia poma, noua & vetera, dilecte mi, seruaui tibi*, quæ scilicet industria sua comparauerat. *Vt* interim huic vxoris amoris correspondens, debet liberaliter de omnibus ei prospicere, quæ illa desiderat ad bonum domus ordinem: ac directionem; ac eijcere ab ea quidquid illam perturbare, & alterare possit, coniurans, & si opus erit, etiam minans, dicens: *Et adiuro vos Fida Ierusalem, ne suscitatis; neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit*, cupiens scilicet, illam somno & quieti suæ etiam vacare.

i Cant. 7. 13

k Can. 3. 5.

6.

Laudent se
inuicem.Defectus
dissimulent.

l Can. 4. 7.

m Can. 5. 10

S. Monica
virg.

H v i c amoris signo affine est *sextum*, quo vterque studet alterum laudare; de illo, ac de rebus eius, quoties decens & expediens aliqua occasio occurrit, benè loqui; eiusque defectus, si quos habet, ita occultare: vt alij illos non nouerint; & cum propugnando, si alij illos aperirent. Quemadmodum Christus Dominus Noster in libro Canticorum non fatiatur, referendis laudibus sponsæ suæ Ecclesiæ: & quamuis defectus aliquos habeat: (quia nemo potest venialia omnia peccata euadere) nouit tamen ipse in his laudibus nullam eorum facere mentionem: sed dicere: *Iota pulchra es amica mea, & macula non est in te*: charitas enim omnes tales maculas operit, facitque earum obliuisci. Ipsa verò Ecclesiæ sine vilo limite, & velis (vt dicitur) expansis, benè de suo dilecto loquitur: licet id mirum non sit: quia ipse infinitis laudibus dignus est, & nec minimam vmbra habet alicuius maculæ: nec solum talia de illo loquitur, cum illam fouet, eique indulget; sed etiam cum aliquod ostendit indicium *auerfionis*, nam interrogata, qualis est dilectus tuus? respondit: *in dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus*: & pergit, plurimas eius laudes referendo. Hunc in modum debent coniuges benè semper de se mutuò loqui; & operire defectus: si qui in ipsis inueniantur. Et licet vir sit tetricus & morosus: vxor tamen tacere debet, quæ in domo geruntur, & benè de illo in publico loqui: quemadmodum faciebat *S. Monica*, quæ virum habuit difficilem; sed illa tamen, quod molestū & graue erat in illo, occultabat, & quæ laude digna erāt, proferebat. Quæuis si vtriusque charitas esset verè perfecta, nō deesset vtrique argumentum, ad multa bona de altero dicenda.

DENIQUE

DENIQUE magnum amoris signum esset, quod vterque alterius palato & moribus, in omnibus, quæ licita essent, & expedirent, mutuo se conformarent: quasi in eadem matrice fusi. quamvis vxor, utpotè inferior, magis debeat sese viri voluntati & palato accommodare; flectendo & mortificando voluntatem propriam, ut ei se conformet: cogitans quod quemadmodum Christus Dominus, sponsæ suæ dicit: *Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum*, ut sit similis in vita, quemadmodum impressum signaculum simile est ipsi sigillo: ita vxor tanquam cera mollis debet in se recipere signaculum viri, iuxta mores & voluntatem eius. Qui tamen vir adeo cautus & iustus esse debet, ut non Antichristi, sed ipsius Christi signaculum sit: ita ut vxori suæ dicere possit illud Apostoli: *imitare me, sicut & ego Christum imitor*: quod quidem adeo difficile non est, verè se amantibus: propterea enim sponsus statim iubecit: *quia fortis (inquit) est, ut mors dilectio*, ad mortificandum & iugulandum in se quicquid dilecto suo displicet: ut se illi in omnibus conformet.

§. III. *Alia media concordia inter coniuges seruanda.*

EX hoc amore omnibus, quas posuimus, conditionibus stipato, nascitur pax & concordia; de qua Ecclesiasticus ait: *In tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo & hominibus: concordia fratrum, & amor proximorum, & vir & mulier bene sibi consentientes*. In cuius rei probationem varias adfert sententias: alias quidem, quæ referri possunt ad *damna*, quæ mulier mala & vitiosa adferre solet, alias verò, quæ referas ad *bona*, quæ ab eadè bona & benigna proueniunt. quorum adeo diuersorum & contrariorum euentuum radices insinuat. *b Commorari (inquit) leoni & Draconi placebit, quam habitare cum muliere nequam. in medio proximorum eius ingemuit vir eius: sicut ascensus arenosus in pedibus veterani, grauis illi est: sic mulier linguata homini quieto, mulieris ira, & irreuerentia, confusio est magna. Mulier, si primatum habeat, contraria est viro suo, quem vehementer cruciabit, & animo quasi deficere faciet. Non des aque tuæ, quam seruata cupis, exitum, nec modicum quidem; alioquin tota sensim effluet. Ita nec mulieri nequam veniam prodeundi, & pro libitu agendi: quia non poteris illam postea continere: c mulier zelotypa dolorem adfert, gemitum, & flagellum lingue eius omnibus communicans, & omnes verberans, sicut Bonum dissidentium & inuicem repugnantium iugum, quod tam diu mouetur, & agitur,*

7.
Conformare se inuicem.

n Can. 8. 6.

Maxima vxor.

o 1. Cor. 11. 1

p Can. 8. 6.
Vir sit iustus.

a Ecd. 25. 1.

Damna mala mulieris.
b verj. 23.

c. Can. 26. 4.

Odiſe mu-
lieris
proprietates.

d Pro. 30. 13

e Eccl. 4. 35.
& Viri.

Iugum in-
tolerabile ſi
ne gratia.

f Eccl. 26. 1
& 10.

Mulier bo-
na.

Eius virtu-
tes.

Vir bonus.

donec vel frangatur ipſum, vel ipſos boues ledat, & torqueat: ita eſt iugum coniugum, quando *mulier* eſt nequam, *qui tenet illam quaſi qui apprehendit ſcorpionem*, cuius venenum diu torquet ipſum percuſſum; & tandem emori cogit. Hæc verè omnia Eccleſiaſticus: in quibus radices diſcordiarum ex parte mulieris tangit, quæ ſunt in generali, illius mali mores, *loquacitas*, *iracundia*, *feruor*, *ſuperbia*, & *arrogans exeundi & prodeundi libertas*, & *zelolytia*, & *ingi ſibi impoſiti*, vt alteri ſubiecta ſit, *excuſio*. Hæ ſunt conditiones mulieris, quam Salomon d *odioſam* vocat: ob quam domus, & ipſa ſimul terra turbatur. Eadem etiam ſequi ſolent damna, ſi eadem conditiones in *viro* locum habent, qui eſt *sicut leo in domo euerit domesticos ſuos*, & turbat non modò rugitu, & verbis turbulentis ac furioſis; verum etiam manibus, & terribilium operum vnguibus. Sed quid mirum eſt, ſi, vtroque *gratiam* à ſe abijciente & *charitatem*, quæ matrimonij iugum ſuaue reddere poterat, *ferreum* illis ſit onus, & quædam *inferni* ipſius effigies; in quo damnati, quamuis alioqui immortales inter ſe gèrant inimicitias ſimul tamen coguntur viuere.

VERVM è contra magna felicitas eſt, inſignem *comparem* nanciſci cum qua pacificè & quietè viuas; ſicut idem Eccleſiaſticus hiſce verbis declarat: *ſi mulieris bone beatus vir; numerus enim annorum illius duplex, mulier fortis oblectat virum ſuum, & annos vite illius in pace implebit. Pars & ſors bona mulier in parte timentium Deum dabitur viro pro factis bonis, gratia mulieris ſedula delectabit virum ſuum, & oſſa illius impinguabit, diſciplina illius datum Dei eſt mulier ſenſata & tacita, non eſt immutatio erudita. Gratia ſuper gratiam mulier ſancta & pudorata, ſicut ſoloriens in altisſimis Dei, ſic mulieris bone ſpecies & pulchritudo anima in ornamentum domus eius. Lucerna ſplendet ſuper candelabrum ſanctum, columna aurea ſuper baſes argenteas, & pedes firmi ſuper plantas ſtabilis mulieris* quam domi manere delectat; foras verò prodire, graue eſt. Hæc Eccleſiaſticus, in quibus concordia à parte mulieris radices deſcribit, quæ ſunt *vita ſanctus*, illius *prudencia & diligentia*, *taciturnitas & pudor*, & quietis manſionisque *domestica amor*: vt nihil ſpectet aliud, quam bono illi *exemplo*, diſcretaque *gubernatione* prælucere. Eiſdem bonis fruitur etiam vxor, ſi bonum nanciſci & prudentem *virum* potuerit. nam & hic donum DEI eſt, & bona pars ac ſors timentium eum.

VERVM, quoniam aliqua inter naturales, vtriuſque coniugis, conditiones, varietas eſt & indifferentia, è qua diſcordia naci queant excitanda & fouenda inter eos eſt CHARITAS, quæ *benigna eſt, & omnia ſuffert*, ad excellus mortificandos, vt eadem conditiones in vnã coaleſcant vtrique communem, vt benè hiſce verbis S. Gregorius

ponderat. Admonendi sunt coniuges, vt si quid occurrat, in quo alter alteri displiceat, illud ipsum *patienter* sustineant, & magna cum *discretione* excusent, memores sententiæ illius Apostolicæ: *g Alter Alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi.* Lex autem Christi *charitas* est, propter quam *iple bona sua libenter nobis contulit, & mala nostra æquanimiter sustinuit.* Tum verò legem adimplemus, cum bona nostra liberaliter elargimur; & mala alterius piè toleramus. Ad hoc etiam non parum proderit, si vnusquisque consideret, non tam id quod ab altero patitur, quàm quod ab ipso alter pati cogitur. Hæc quidem S. Gregorius. Cui ipse adiungo, lege charitatis, illos etiam inuitari, vt *iram* tunc cum silentio refrenent, cum alter eandem inordinate & liberè laxat, ne oleum igni infundant. Si verò loqui eos oporteat, tanta id modestia & lenitate fiat, vt iracundiæ furorem & feruorem extinguat. Verùm si pax hæc haberi ob intolerabiles & præfractos alterius tantum mores nequeat, si tamen alter, *h quod ex se est* (vt Apostolus ait) eandem habere satagat, mercedem suam, & coronam non amittet. Imò solet Deus hanc conditionum repugnantiam permittere ad suos electos exercendos, ac perficiendos, & ad insignes sanctitatis gradus perducendos; vtens *vir* alperitate tanquam instrumento ad *vxoris* sanctitatem perficiendam, aut importunis *vxoris* moribus, quò vir eius ad eminentem sanctimoniam exurgat. Et in hoc (vt Salomon ait) *stultus qui turbat domum suam, seruiet sapienti.* Ex ea enim occasione prudentior euadit ac sanctior. Et ita S. Gregorius ait, *Dominorum & Prælatorum duritiem & rigorem seruos & subditos sanctos reddere: seruorum verò & subditorum duritiem Dominis & Prælati vicissim esse meritorum occasionem: k nam diligentibus Deum omnia cooperari in bonum & salutem animarum.* Ambo tamen (ait S. Basilius) conditiones & mores suos mortificare & flectere non nihil deberent; memores instinctus illius naturalis, quem *viperæ*, serpentum crudelissimæ Deus indidit; hæc enim dum *murænæ* maritimæ se coniungere vult, oram maris petit, & sibilo, aduentus sui dat indicium: quo audito adnatat *muræna*, & intrepidè *viperæ* coniungitur: sed hæc ante congressum, omne, quod continet, virus abijcit, ne quod compari damnùm adferat. Discant hoc exemplo coniugati, feritatem & duritiem moderari ac mortificare: *vxor* virum sequi, eique se subijcere, quamuis *viperæ* sit & virulentus; *maritus* verò suam flectere conditionem, & animum mitigare, quò *vxor* illum sustinere queat. Alia huc spectantia media, nec minus efficaciam, sequentibus capitibus proponentur.

i p. post. ad mon. 38.

c c

c c

g Gal. 6. 2.

c c

c c

c c

c c

c c

c c

Ira extinguen-
da.h Rom. 12.
18.

Alter alterum exercet

i Prou. 11. 29
Lib. 20. mor
c. 21.

c c

c c

k Rom. 8.
28.Refert La-
donic. Legi-
onensis.

Viperæ castio.

CAPVT V.

CONIUGALIS CASTITAS, ADULTERII GRAVI-
tas, & nimia Zelotypia.

MOR & concordia inter coniuges valde conseruatur & crescit per castitatem quæ in gradu suo supremo, quem *virginitatem* dicimus, non modò in *mulieribus*, quarum præcipua ac primaria *dos* est illa integritas, sed etiam in *uiris*, præcedere spòsalia deberet. Talis fuit Iacob Patriarcha, quamuis satis prouectus cum prima vxore Lia contraxerit. Nam propterea primogenitum suum Ruben vocauit *principium doloris sui*, insinuans (vt docet Abulensis) tunc patres cum dolore, quamuis sine omni culpa, amittere, quod nulla pœnitentia reparari ac recuperari potest. Tunc verò castitas illa incipit, quam *coniugalem* dicimus: quæ in *fidelitate*, quam in opere coniugali alter alteri præstare tenetur, sita est. Vt tranque castitatem senior Tobias filio suo commendauit, antequàm ad matrimonium animum applicaret: *b Attende tibi, fili mi, ab omni fornicatione; & præter uxorem tuam nunquam patiaris crimen scire.* quasi diceret; antequàm connubium ineas, *virginitatem* serua: inito autem iam connubio, status *coniugalis* castitatem cole: quæ per duo extrema vitiosa, *nimum* scilicet amorem, & odium, ac tædium periclitatur. *Primus* frequentior est, & consistit in immoderato & effræni vsu *voluptatum* coniugaliū: iuxta illa D. Hieronymi verba, quæ in Decretalia relata sunt; origo, inquit, amoris, honesta erat; sed eiusdem magnitudo turpis: parum autem refert; honestâ esse causam, si propter hanc ipsam insanias. Propterea nõ inscitè Philosophus olim dixit: adulterum illum esse, qui nimio & inordinato amore vxorem suam diligeret, quam vir sapiens non turpi & inordinato: sed ita honesto discretoq; affectu diligere debet, vt non voluptatis imperus, Regis instar, prædominetur; sed rationis sequatur dictamen. Nihil enim turpius ac fœdius, quàm vxorem propriam tanquam adulteram, nec nisi ob solam voluptatem amare. Quocirca qui hoc modo illâ amaret: etiam si vxor propria non esset, post illam tamen abiret; & vt mentis impos, leges transgrediretur, quas Deus, ad status huius iustificationē constituit. Euidens peccati huius grauitatis indicium est horrenda & funesta mors *septem* virorum Saræ, quos demoniū, ob indomitâ carnis concupiscentiam, qua ad illam, instar equi & muii, non nisi turpè voluptatem spectantium, ingredi volebant, enecauit. Recordentur proinde coniuges: quemadmodum *vinum* moderatum salubre est, & sanitati conducit: nimum verò & immodicū eidem nocet; ita nimio delecta-

a Gen. 49. 3.
Ibi ex Plinio
li. 10. c. 65.
Castitas
virginalis
& coniugalis.
b Tob. 4. 13.

Lib. 1. Con.
Iouin.

32. q. 4. 1. o.
rigo.

Amoris tur-
pis fœditas
& pœna.

”

”

”

”

”

”

S. Tho. Ad-
ditio ad 3. p.
q. 49. a. 6.
dicit esse p.
mortale.

tionum coniugaliu vino, castitatem amitti & eueri. Ita S. Aegidius, S. Francisci socius sæculari cuidam, de castitate coniugali glorianti, & ab adulterio immuni, respondit; ne propterea, inquit, glorieris; potest enim quis non minus è proprio vase, quàm alieno inebriari: sic ostendere volens etiã in hoc, ebrietatem aliquam contineri posse, quæ perfectæ castitati aduerfetur: ac proinde nimietatem hanc & immoderationem mortificandam. **D**olendum enim est (ait S. Gregorius) immaculatum matrimonij thorum maculare; & in vitium conuertere, quod cum virtute fieri posset multi Sodoma instar Loth, egrediuntur, luxuriæ flammæ fugientes: non tamen ad altum perfectæ continentia montem se recipere conati sunt; sed in d. *Segor ciuitatem paruum*, id est statum coniugalem (in quo virtutum nulla sublimitas) peruenisse contenti sunt, hictamen ab incendio carnalis delectationis immunes agere possunt, & animas *saluare*: (nisi excessuum scintillæ, quos ob immoderatam concupiscentiam faciunt, eosdem vtulent) quod fieri tum poterit, cum amorem suum ad regulas præscriptas moderati fuerint; & matrimonio eos duntaxat ob fines vtantur, ob quos id instituit Deus: ad procreandam scilicet *sobolem*, & *concupiscentia* ardorem extinguendum; tantum è pharmaco sumendo, quantum ad dolorem leniendum, non verò magis *augendum* spectet. Vnde sequitur, Coniuges in quibus ob ætatem *senilem* duo illi fines iam finem accepere, si perfecti esse velint, *continentia* effulgere debere, Abrahæ & Saræ exemplo, qui dum in senium deuenientes de prole habenda desperarent, sese ab vsu matrimonij continuerunt: Quemadmodum Doctores nonnulli ex verbis illis Saræ, cum Angeli, sobolem Abrahæ ex ipsa promitterent, colligunt, *e postquam consensui*, inquit, *& Dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo*: ostendens scilicet, se iam omnem à carnali voluptate animum auertisse.

§. I. *Adulterii grauitas in Viris.*

IAM ad *alterum* extremum transeamus, odij scilicet, & contemptus, quo vehementius coniugalis castitas oppugnatur, & summa cum iniquitate & iniustitia in *adulterii* peccatum præcipitatur. Tanta siquidem est carnis in delectationes suas consecandas pronæ miseria, vt licitarum voluptatum experientia & delectatio, quæ teste Apostolo, ad *fornicationem* fugiendam, & concupiscentia ignem sopiendum instituta est: easdem magis magisque extimulet; & simul etiam illicitarum experientiarum desiderium iniiciat: in quibus *Damon* & deprauata *imaginatio* maiorem gustum ac saporem situm esse fingit, cum quodam aliarum fastidio ac nausea. Ita sentiebat nequam illa mulier, quam Salomon ait dixisse, *b Aqua furtiua dulciores sunt, & panis absconditus suauior*. non quod reuera ita sit, sed quod maiori cum aueritate

gustari

Coniugij
honestus v.
sus.

3. p. past. ad.
mon. 28.

d Gen. 19. 20

Turpe senilis
amor.

c Gen. 18. 12.
Vide Perer.

27. Cor. 7. 2

b Prov. 9. 17

*Aliena ma-
gis placent.
Hom. 3. de
verbis Isa.*

*c Iob., 31. 12.
Adulterij
mala.*

*2. 7. 9. 154.
art. 8.*

*d Eccl. 23.
21.*

c Iob., 24. 15.

gustari soleant; & proprius panis, quamuis melior, nauſeam plerumque adferat. Veruntamen quicumque infelix eiufdem cum illa opinionis eſt, nullã propterea excuſationẽ habeat, teſte S. Chryſoſtomo, quamuis millies carnis ſuã inclinationem ad ſui purgationem adferat: dedit enim iã Deus propriam illi vxorem, quẽ concupiſcentiã illius aſtus ſedet: ideoq; inſtar nauis eſt naufragium in portu faciẽtis. Nec aduertit miſer, vt ait Sapiens: *in adulterio latere gigantes*, id eſt dæmones, illiusq; conuiuas, qui ex alieno comedũt, & bibunt, in abyſſo infernali ſepeliẽdos. Nam teſte Iob, adulteriũ *nefaſ eſt, & iniquitas maxima, ignis uſque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans gemina*: nam honorem, famam, amicos, & patronos, coniugum concordiam, familiã quietem, & domus fãlicitatem corripit ac deuaſtat, aduſque radices euellens & deſtruens propagines: efficiendo ſcilicet, vt filij ac ſucceſſores perpetuũ, tanquam in certo patre, & illegitimẽ nati, habeantur

At quoniam adulterium (vt S. Thomas docet) vtrique coniugum commune eſt, de vtroque peccato proferamus ea, quã per Eccleſiaſticum Spiritus S. depromit: præſupponendo, *duplici ratione virum adulterium committere poſſe*; vel quod ipſe coniugatus ſit, tamenſi mulier, cum qua peccat, ſit ſoluta; vel quod illa coniugata, ipſe verò ſolutus. Primum *ſidelitati ſtatus ſui aduerſatur*; alterum *iuſtitia alterius vxore abutendo*. De vtroque verò caſu ita loquitur Eccleſiaſticus: *d duo genera abundant in peccatis, & tertium adducit iram & perditionem; id eſt, omnis homo qui tranſgreditur lectum ſuũ, contemnens in animam ſuam & dicens: Quis me videt? tenebra circumdant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circumſpicit me, quem vereor: delictorum meorum nõ memorabitur Altiffimus. Et non intelligit, quoniã omnia videt oculus illius, quoniã expellit à ſe timore Dei huiusmodi hominis timor, & oculi hominũ timẽtes illũ. Et non cognouit, quoniã oculi Domini multo plus lucidiores ſunt ſuper ſolẽ, circumſpicientes omnes vias hominũ, & profundum abyſſi, & hominum corda intuentes in abſconditas partes. Hic in plateis ciuitatis vindicabitur, & quaſi pullus equinus fugabitur, & ubi non ſperauit, apprehẽdetur, & erit de decus omnibus: eò quod nõ intellexit timorẽ Domini*: hæc ſunt Eccleſiaſtici verba, quibus confirmatur id, quod Iob ait: *e oculus adulteri obſeruat caliginẽ, dicens: non me videbit oculus, & operiet vultum ſuũ, perfodit in tenebris domos, ſicut in die condixerant ſibi, & ignorauerũt lucem. Si ſubito apparuerit aurora, arbitrantur umbram mortis: & ſic in tenebris quaſi in luce ambulant, maledicta ſit pars eius in terra, nec ambulet per viam vinearum, ad nimium calorem tranſeat ab aquis niniũ, & uſque ad inferos peccatũ illius: obliuſcatur eius miſericordia, dulcedo illius vermes; non ſit in recordatione, ſed conteratur quaſi lignum infructuoſum: pauit enim ſterilem, qua non parit; & vidua benẽ non fecit, id eſt, eò quod facultates ſuas dilapidauit in fruenda muliere nequam, e qua nullos ſuſcipere ſperat liberos, & ob quam propriã vxoris*

obliu-

obliviscitur: cum qua ita agit, atque si vidua aliqua esset: aliud verò non spectat, quam ut carnem suam delictis impleat: quæ ita sterilis est, ut nullos sanctorum operum fructus producere possit; animam propriam oblitus, quæ eadem proferre possit: in perpetua illam viduitate agere sinens, à Deo suo in perpetuum orbatam. Has aliasque maledictiones & miseras Iob vir integerrimus adulteris interminatus: qui etiam in hac vita plurimas illarum incurrit. Et quamvis iustitia secularis ac terrena, quia illorum delicta ignorat, eadem castigare non potest: *caelestem* tamen non effugient. Nam, cum se maximè secui os credent, tum terribilia illius flagella experientur. Quem admodum illa sensit David Rex, dum uxorem Uriæ adulterio polluit, cui per Nathan Prophetam Deus interminatus est, dicens: *Ecce ego suscitabo super te malum de domo tua, Et tollam uxores tuas in oculis tuis, Et dabo proximo tuo, Et dormiet cum uxoribus tuis in oculis solis huius. Tu enim fecisti absconditè, ego autè faciam verbum istud in conspectu omnis Israel, Et in conspectu solis.* Minis verò, rei successus respondit, Absalon enim filius aduersus patrem insurgens, cum decem illius uxoribus adulterino concubitu copulatus est; & parum etiam absuit, quin regnum illi & vitam auferret, ut *g aqua furtiva*, saporem & panis absconditi dulce animam septemplici dolore lueret. Nec ipse etiam Absalon adulter impune habuit: Deo quippe permittente, *h Ioab tribus illum lanceis ex arbore pendulum transfixit.* & propter decem mulieres, quas violauit, decem armigeri Ioab accurrentes eum interfecerunt, ne tale delictum debita castigatione priuaretur. Quam brem mariti hoc sapientis consilium, quod metaphorice significatum proposuit, sequantur: *i Bibe aquam de cisterna tua, Et fluentia putei tui, nec ad alienum accelleris. Deriuentur fontes tui foras, Et in plateis aquas tuas, id est filios tuos ita diuide ut tanquam proprij possint absque pudore comparere: & ita habeto eas solus, ne sint alieni participes tui. Sit vena tua benedicta, Et latere cum muliere adolescentia tua. Quare seduceres filium ab aliena, Et foueris in sinu alterius? Respicit Dominus vias hominis, Et omnes gressus eius considerat. Iniquitates sua capient impium, Et funibus peccatorum suorum constringentur. Ipse morietur, quia non habuit disciplinam, Et in multitudine stultitia sua decipietur.*

§. II. *Eiusdem delicti in vxoribus explicatio.*

TRANSEAMUS ad adulterij grauitatem in vxoribus, quod maiora seculum damna trahit, quæ graphice idem Ecclesiasticus depingit in tertio eas peccantium genere recentens, qui grauissima flagella & caigationem amarissimam promerentur: *sic est mulier omnis relinquens virum suum, Et statuens hereditatè ex alieno matrimonio. Primò enim in lege Altissimi incredibilis fuit. Secundo in virum suum deliquit; tertio in adulterio fornicata est, Et ex alio viro filios statuit sibi, qui legitimos sua hereditate priuabunt. Hac in Ecclesia aduocetur*

Adulteros
punit Deus.

2. Reg. 12.
11.

David.

g Pru. 9. 17.

h 2. Reg. 18.
14.
Absolon.

i Pru. 5. 15.
ex Iamsonio.

Ecl. 23, 32.

Et in filios eius respicietur: hoc est, ea nota illis inuretur. Non iradent filii eius profundas radices, & rami eius non dabunt fructum. Deo id permitente, ut cuiò pereant, derelinquet in maledictum memoriã eius, & dedecus illius non delebitur, & agnoscent, qui derelicti sunt, quoniã nihil melius, quam timor Dei, & nihil dulcius, quam respicere in mandatis Domini. Hęc Ecclesiasticus, culpã ac poenã miseras referēs, quas vxor adulterans incurrit: eò quòd iniuriã Deo, marito, filijs legitimis, & ipsis illegitimis, cognatis, affinibus, & notis omnibus irroget, omniumq; in se iram prouocet, vt propterea omnibus odio & contemptui sit; filios viri sui dubios reddat, & ipsi illegitimi tam in Ecclesia, quàm in Rep. infames sunt, & detestandi, idque non modò in odium ac detestationem delicti parentum, sed etiam quod prauos illorum mores imbibere & sequi soleant; ac propterea (vt Sapiens dixit) b filii adulterorum in inconsummatione erunt, nec crescent, & ab iniquo thoro semen exterminabitur, & spuria vitulina non dabunt radices alias, neque stabile firmamentum collocabunt. Et si in ramis in tempore germinauerint, à iniquitate ventorum eradicabuntur, & fructus illorum inutiles, & acerbi ad manducandum. Aptum eius rei exemplum fuit Bersabee proles ex adulterio concepta, pro cuius salute quamuis Pater d deprecaretur Dominũ, & ieiunaret, & ingressu seorsum iaceret super terram, non tamen est exauditus ab eo, ne (vt ait S. Ambrosius) superstes filius, tam fœdi adulterij memoriã integram in mundo conferuaret.

b Sap. 3. 16.

c Cap. 4. 3.

Adulterij

memoria o-

diosa.

d 2. Reg. 12.

16.

Serm. 5.

Lex Zelo-

typia.

c Num. 5. 14

SED maiorem adhuc metum incurrit; ac delicti huius grauitatem offendit horrenda zelotypia lex, ab ipso DEO in Republica Hebræorum lata. Cùm enim sciret, quàm esset furiosa zelotypiæ virorum passio, & quàm detestandum adulterij crimen in vxoribus: hanc zelotypiæ legen tulit; et si spiritus zelotypiæ concitauerit virũ contra vxorem suã, que vel polluta est, vel falsa suspitione appetitur: adducet eam ad Sacerdotem, & offeret oblationem pro illa, decimam partem sati farinæ hordeacea: non fundet super eam oleum, nec imponet thus, quia sacrificium zelotypiæ est; & oblatio inuestigans adulterium. Offeret igitur eam sacerdos, & statuet coram Domino, assumetq; aquam sanctam in vase fictili; & paulillũ terra de pavimento tabernaculi mittet in eam. Cùmq; steterit mulier in conspectu Domini, discooperiet caput eius, & ponet super manus illius sacrificium recordationis, & oblationem zelotypiæ: ipse autem tenebit aquas amarissimas, in quibus cum execratione maledicta congesit, adiurabitq; eam, & dicet: si non dormiui vir alienus tecum; & si non polluta es deserto mariti thoro, non te nocebunt aque istæ amarissimæ, in quas maledicta congesit; si autem declinasti à viro tuo, atque polluta es, & concubisti cum alio viro: his maledictionibus subiacebis. Det te Dominus in maledictionem, exemplumq; cunctorum in populo suo: putrescere faciat semur tuum, & tumens venter tuus distumpatur. & respondebit mulier: Amen, Amen. & aperto capite aquas illas hauriet: quas cùm biberit:

biberit, si polluta non fuerit, erit innoxia, & faciet liberos. Si autem polluta fuerit, & adulteri rea, pertransibunt eam aqua maledictionis, & inflato ventre computrescet femur, & ita recipiet iniquitatem suam, & maritus absque culpa erit: quia decretum illud DEI erat, cuius lex iusta, & ceremoniarum sancta, ac mysterium spirantes. Nam, quod illa oblatio non triticeam, sed hordaceam farinam, quae bestiarum est cibus, requireret, significabat, (vt Lyranus exponit) eam dirigi ad cognoscendum, & statuendum, an mulier, bestiae instar, vitam duxisset, carnis tantum propensionem & voluptatem sequens. nec miscebatur oleum, quod est lucis fomentum, & vulnera curat: adulterium enim in tenebris peragitur: & ipsa adultera non misericordiae remedium, sed iustitiae supplicium recipiebat: nec eius oratio exaudiebatur: ac propterea non adhibebatur in ea thus. Manebat capite aperto coram sacerdote: eod quod pudorem coram Deo amisisset, & coram hominibus ignominia plena esset remansura. In fictili poculo haurienda aqua praebatur: vt fragilitatem suam, & exiguam fidelitatem agnosceret. miscebatur quoque aqua sancta, & pauxillum terra de pavimento tabernaculi, & charta maledictionum in eandem mittebatur, vt intelligeret: res sacras alijs ob suam puritatem viles: fore ipsi, ob malitiam propria, noxias. Infelix itaque adultera non poterat morte euadere: nam, si peccatum fateri, ne haustum illum acciperet, statuebat: debebat iuxta legem lapidari: si autem haustum sumere volebat, quem aqua amarissima appellabatur, in eas miseras & calamitates incidebat, quas ipsa lex minabatur. Et quavis admodum lex illa horrenda, erat, tamen plena misericordia, totique Reip. fauebat: quia scilicet timor in horrenda illius poenae experimentum incidendi, plurima adulteria impediabat. Ex quo fit, vt tanquam grauissimam poenam minetur Deus illi populo suo, quod vellet hanc legem reuocare, permittens eos effrenate sequi sua adulteria. Non visitabo (ait) super filias vestras, cum fuerint fornicatae; & super spousas vestras, cum adulterauerint. Quam S. Hier. vult non esse misericordiam, sed horrendam iram: nam nec vllum malum culpa maius est, nec maior poena, quam ipsam culpam in hac vita finire impunitam: vt sic crescat illa magis; ac proinde aeterna eius poena magis etiam augeatur.

VERVM quidem est, quod in lege Evangelica, quae gratiae est in usu haec ceremonia, & legis veteris rigor esse desierunt. Nam & Christus D. adductam ad se a Iudaeis mulierem adulteram, vt illam ex legis decreto iuberet lapidari, condemnare noluit, sed qua erat benignitate, peccatum ei dimisit, admonens, ne vellet amplius peccare; cui gratia sua & auxilio, ne relaberetur, est cooperatus. Sed hoc ipsum tamen magis adulterij grauitatem patefacit, quod scilicet legi aduersetur, quae tanta cum misericordia procedit; & gratia, quam per Sacramentum confert. Nouerit igitur mulier Christiana, eo ipso tempore, quo tam grauius delinquit, ream se fieri omnium poenarum & suppliciorum; quae lex vetus zelotyperis reis intetabatur; nam si in hac vita corporaliter non infligentur, spiritualiter

Hordeum.
In eum locum
vide Rebra
in Ose. 2. 31.

Oleum.

Thus.

Caput aper-
tum.

Res sacra.
Mors adul-
terij poena.

Ose. 4. 14.
Impunitas
poenarum
maxima.

g Ioan. 8. 5.

Quo lex be-
nignior, eo
maior rea-
tione.

Fidelitas
corona con-
iugij.
h Dan. 13.
22.

Susanna fi-
delis mer-
ces.

Zelotypia
Vxorum.

Ecl. 236 8.

In Panegy-
rico ad Tra-
ianū imper.

b Iud. 14. 20
Et c. 10. 18.

tamē in anima eadē subiturā; & postea perpetuō inferno, nisi pœnitentiam egerit de peccato suo, vitamque in melius commutatit, luituram. Maximus tamen ad hoc ipsum stimulus esse deberet, amor ipse castitatis, & fidelitatis, quæ status huius *corona* est: vt mori potius eligat, quàm in Deum & maritum perfidiam exercere, idque castissimæ h *Susanna* exemplo: quæ, ne adulterij rea coram Deo constitueretur, maluit coram hominibus adulterij in-
simulari, & pœnis à lege adulteris præscriptis se exponere. pluris enim castitatem cum aliqua infamia & morte ipsa, quàm vitam & honorem sine castitate faciebat. Sed diuina prouidentia fidem hanc coniugem protexit; & quòd ipsa castitatem seruasset: eam Deus in vita conseruauit, illiusq; nomen illustrius reddidit; cum & hodierno die deprædiceretur; & ad finem usq; sacculi fidelitatis illius gloria permanitura sit, vt taceam interim præmium æternum, quo propterea in cælo perfruitur. Ex omnibus hisce argumentis & tremendis rationibus, quas hoc capite sumus prosequuti, validum timoris diuini fructum coniuges conficiant oportet, quo indomitas carnis passiones refrænent; ne extra rationis limites abripiantur.

§. III. *Nimia Zelotypia.*

VERVM silentio inuoluenda non sunt damna, quæ è nimia proficiscuntur *zelotypia*, circa quam lex prædicta versabatur. Est enim crudelissimus carnifex, qui sine vlla clementia & pietate exagitat, ac torquet *zelotypum*; & illum ipsum, de quo talis suspicio habetur. Si enim *uxorem* *zelotypia* occupet, parumq; iè à marito diligi vel aliorum illum amorem suum diuertere suspicetur; intolerabili se ipsam cruciatu afficit; vitamq; sibi reddit amarissimam. Vnde benè Ecclesiasticus: *dolor cordis & luctus, mulier zelotypia: in muliere zelotypa flagellum lingue, omnibus communicans*: id est, ita maritum infinitis cordis afflictionibus exagitans: vt sub intolerabili hoc onere genere eum faciat. lingua illius flagellum est; quòd illum verbis calumniosis, & grauib; in omnibus, quæ agit, quodammodo flagellet; omnia enim illi materia & fomes sunt *zelotypiæ* suspicionis. Nunquam nõ conqueritur, & exostulat: & omnes querelis suis affligit, nam vt Plinius iunior ait) *nihil tam prouum ad simultates, quam emulatio in fœminis*. Si verò petita, quamuis iniqua, mariti non concesterint, conqueruntur: & exiguo illorum in se amori illud ascribunt: neque prius q̄b instando quiescunt quàm illorum com-potes reddantur. Expertus est hoc ipsū Sambson in duabus, quas è Philisthijm duxit vxotibus: quæ tam pertinaciter & importunè duo illius secreta inquirere, vt tandem ea illis aperire coactus sit, quarum vna ait: *b odisti me, & non diligis, idcirco problema quod proposuisti, nõ vis mihi exponere*. Altera verò: *Quomodo dicis, quòd amas me; per tres vices meritis es mihi, & noluisti dicere, in quo sit maxima fortitudo tua?* Tam verò molesta & importuna fuit, nullam vt illi

quietem

quidem concedere, donec, quod petebat, recillet. Verum eò grauior & damnosior zelotypia hæc est in viro: quò maior illius ad affligendas vxores potestas, illas domi continendo, & coarctando, parumque illis fidendo: unde graui sequi solent infortunia. Propterea suauit Ecclesiasticus, *c non zelus mulierem sinus tui: ne ostendat super te malitiam doctrina nequam.* Id est: ne illi occasionem hoc pacto des, peruersa doctrina quæ incantationes & magiam edocet, vtendi: vt tuis se molestijs eximat. Alia lectio dicit: *Ne doceas in te ipsam doctrinam malã:* nam nimia tua zelotypia illam etiam zelotypam reddet, & tuo illam exemplo prouocabis, ad te affligendum, sicut tu illam; & ita tecum se geret, vt experitur, te gerere erga se. Si verò honestè aliàs viuebat: efficies, vt amorem, pro te prosequatur, immutet, & oculos aperiat, vt, quæ forsàn nunquam facere cogitasset, si illi confidisses, facere audeat. Quid tibi profuerit, inquit S. Hieronymus, zelus & nimia diligetia in seruanda vxore tua: si enim *inhonestus* fuerit, vix illam custodire poteris; si *castus* & honestus, custodia opus non habet. Infida enim custos castitatis est *necessitas*. Illa verè casta est, quæ peccare possèt, si vellent: tamen non vult, quòd castitatis amore retineatur, Dei que præsentia illi, sicut Susannæ instar fræni sit. Non verò zelum conuenientem, & æquum; sed nimium, & imprudentem vetamus. Iustum enim est, vt in libro Canticorum scribitur, mulierem signatam esse vnico marito sui *id signaculo*, ne aliud admittat; & sibi persuadere, *duram esse, sicut infernum, emulationem*, ad puniendum irremissibiliter admissum aduersus hæc errorem. Et, vt ait Salomon, *zelum & furorem viri non parciturum, in die vindictæ, nec cuiusquam precibus acquieturum, nec pro redemptione dona plurima suscepturum:* Nam iuxta legis antiquæ consuetudinem, non erat sacrificium vllũ pro adulterij propitiatione institutum, sed certissima mortis pœna erat in adulteras decreta: quam Dominus mulieres etiam scire cupiebat: vt supplicij huius metu à peccando auocarentur. Neque legis Evangelicæ perfectioni repugnat, quòd viri, iustitiæ leges seruantes, hunc animũ præferant, vt vxores suas hoc pacto ab adulterij crimine deterreant. Tamen si, commissio iam delicto, Salomonis sententiæ non repugnet, quòd precibus placetur, & vxori reconcilietur, quãdo scilicet prudentia & Christiana charitas id postularint, memor benignè illius sententiæ, quam per Ieremiam Dominus olim protulit: *si demiserit vir vxorem suam, & recedens ab eo duxerit virum alterum, nunquid reuertetur ad eam vltra? nunquid non polluta & contaminata erit mulier illa? tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, dicit Dominus, & ego suscipiam te dicit Dominus.*

Virorum
gras or.

Eccl. 9. 1.

Ita Iansen
sine Ma-
ria.

Nimia cu-
stodia noxia
Lib. 1. cõtra
Iouinian.

cc

cc

cc

Zelus sic
moderatus.
d Can. 8. 6.

Pro. 6. 34.

Misericor-
dia soror In-
stittie.

1er. 3. 1.

§. IV. *Zelus Dei aduersus adulteros.*

QUID QUID haecenus hoc capite dictum est, confirmemus egregia illa historia de Abraham & Sara, quando, fame inualescente, coacti sunt in Aegyptum, ac deinde in Palaestinam transire. metuens quippe Abraham, ne, si Pharaon Aegyptiorum Rex, & Abimelech Geraræ regulus, Saram esse ipsius uxorem cognouissent, necem ipsi machinarentur, quò sibi eam copularent; orat enim pulchritudine eximia, suadebat coniugi, ut a sororem se duntaxat esse diceret. Reges verò Saram in aulam admittentes, quò illam sibi in uxorem adoptarent, egregias pœnas Deo dedere, donec illam legitimo coniugi restituerent. Quae in re (aduertente Sancto Ambrosio) documenta præclara, & proposito nostro conuenientia delitescunt.

Primum: Deum zelosum esse castitatis coniugalis protectorem, & terribilem adulterij, etiam occultissimi, vindicem. Nemo (inquit) uxorem alterius tangere præsumat, sperans delictum suum occultum, aut impune futurum: neque dicat: Maritus absens est, nihil de hoc resciscet. Adest enim Præsul coniugij DEVS, quem nihil latet, cuiusque manus nemo effugiet: qui mariti etiam absentis partes agit, & super familiam excubat; & reum, antequam, quod voluerit, efficiat, comprehendit: nouit enim quodlibet peccatum, & etiam adhuc in corde latens. Dic mihi adulter, putasne, te Deum posse fallere, quamuis forsitan maritum fallas? & mariti manus effugiendo, æternum te posse iudicem euadere, qui iniuriam mariti infirmi, & ignorantis horrendo supplicio vindicabit?

PRÆCLARVM huiusce rei testimonium fuerunt plagæ & flagella, quibus DEVS in Pharaonem & Abimelech, Abraham uxorem sibi vindicantes animaduertit: quod tamen maxime mirandum est, cum duo illi Reges ignorantia hac in re laborantes, credidissent, Saram, non uxorem, sed sororem Abraham esse: quam propterea in uxorem habere volebant. Sed DEVS tamen matrimonij honoris est æmulator, ut ad eò etiam cum ignoranter aliquid aduersus illud inuenteretur, præmissis supplicio & plagis, illud amoliri conetur: ne res effectum consequatur. Mox enim, atque Sara aulam subijt (ut bene aduertit Theodoretus) vtrumque Regem graui morbo percussit DEVS, ne ad illam accederent. Pharaonem verò *seueriori* percussit flagello, eò quòd maiori arderet concupiscentia; *mitiori* verò Abimelech, eò quòd vir esset iustus, & sincera mente procederet. Nec verò mysterio caret ipsius Abimelech, omniumque domesticorum eius castigatio: efficit enim DEVS ut nulla vxorum, & ancillarum eius parere potuerit, quamuis vehementissimos cruciatus & tormenta experirentur: iusta enim & conueniens adultero pœna est; ut, cum alienam sibi;

vendi-

a Gen. 12, 12.
c. 20. 4.Li. 1. de Abr.
c. 2.

1.

Deus adul-
terij vindex.

>>

>>

>>

>>

>>

>>

2.

Deus pœnis
praenunt a-
dulteris.In catena
in Genesim.Ex Amb. li.
1. de Abrab.
c. 7.Pœna adul-
terij iusta.

vindicare mulierem conatur, è propria fructus nullos sulcipiat: vel illa cruciatum illi & dolorem adferat.

TERTIVM hinc sequitur documentum, quòd maritis *iustis*, & verè Deum colentibus insignis est consolationis. si enim illi fidant, remque suam totam ei committant, ipse vxorem familiamque illorum tuebitur, proque illorum honore & fama decertabit. Hac fide nixus Abraham, intrepidè, & prudenter in prædictum periculum, quod euadere non poterat, se coniecit: Et ecce, DEVS illius causam in se suscepit, quod verbis illis insinuauit, quibus Abimelech de nocte est allocutus: *Nunc ergo redde viro suo uxorem, & orabit pro te, & viues, quia Propheta est.* Quasi diceret, vide & considera, virum hunc insigni *sanctitate* præditum esse: & propterea causam illius me suscipere, quam primum ergò illi vxorem intactam redde: quia sua te oratione plagis & cruciatibus tibi alias destinatis eripiet. Vnde infert Ambrosius, *eum, qui Deum sequitur, semper securum esse, & idcirco DEVM omnibus donis præferendum, vt qui ea det dataque conseruet.* Hac fiducia nixi coniuges zelum suum indiscretum moderentur oportet, memores sententiæ illius Apostoli: *b omnem sollicitudinem vestram proicietes in Deum, quoniam ipsi cura est de vobis.* perinde ac si diceret: solliciti duntaxat sitis, quantum rebus vestris conueniat, ne Deum tentetis, nimiam sollicitudinem seponite, eamque in Deum proiците? cuius erit prospicere & videre, quo vestra pertingere nequibit. Quoniam autem vos pericula omnia occurrentia tollere & impedire non potestis: Deo confidite, qui eadem auferet, vosque serua-bit immunes.

SED finem faciamus, attendentes, quanto odio Abimelech Rex quamuis gentilis, & sola lege naturali vtens, adulterium prosequeretur. primo namque cum Abraham exostulauit, quod huic adulterij periculo ipsum expoluisset, dicens: *Quid fecisti nobis? quid peccauimus in te, quia induxisti super regnum meum peccatum grande?* In quo, quid de adulterij grauitate sentiret, aperte demonstrauit, dum illud peccatum grande nuncupauit, & totius regni detrimentum: cum ob adulterium Regis vniuersum soleat regnum castigari; vt exemplo esse potest regnum Israel, quod ob Dauidis adulterium durissima flagella subiit. *Saram* quoque reprehendit, quod non aperuisset, Abrahamum suum coniugem esse, sed fratrem finxisset; melius, inquit, est, vt coniugem tuam, voces. *Et hoc erit tibi in velamentum oculorum,* ne quis eorum venustate deceptus, in cui concupiscentiam ardeat. nemo siquidem, vbi coniugatam te esse compererit, tuam pulchritudinem concupiscet. Et quocumque perrexeris, memento. te iam secundò deprehensam: in posterum verò idè ne feceris. Quo facto Rex euidenter demonstrauit, quam per vniuersum regnum suum honesta conuersatio vigeret, quamque infame, &

execran-

Deus pugnat pro iustis.

b i. Pet. 5. 7.

Deo curam commissa.

Adulterij grauitas in lege natura nota.

Ita Caietan interpretatur.

Hab. 45. in
Gen.
Bonum no-
men.

Velamen
oculorum.
Vide Peric.

c Gen. 20. 6

Bona inten-
tio seruat
iustos.

Carnalia
non sine
culpa.

execrandum esset omnibus adulterium, credebatur enim sufficere, ne quis Saram vel contingere auderet, si duntaxat, coniugio se copulatam diceret. Denique insignia in Abraham munera & Saram contulit, quæ in testimonium forent & indicium (vt narrat Chrysostomus) intactam illam ab se dimitti; simul etiam præcepit, vt hoc per vniuersum regnum promulgaretur, ne aliquam sinistra suspicandi occasionem suis daret; sed vt omnibus de rei veritate constaret; tum, quod Sara honor integer maneret; tum, ne quid detrimenti *suum* inde nomen acciperet (Nam sinistra de Rege fama in vniuerso regno sparsa, facile illius nomen macularet. Dona item hæc, inquit, tibi profuerint ad velamina oculorum tuorum, & ancillarum tuarum comparanda, ne viri pulchritudine vestra capiantur, & tanquam laqueis siue pedicis irretiantur,

Hæc sunt documenta, quæ bonus ille Rex Christianis Regibus reliquit vt conjugalem castitatem non in se ipsis duntaxat sed in vniuerso regno zelent; cuius virtutem Deus calculo suo probauit dicens *c Ego scio, quod simplici corde feceris; & ideo custodiui te, ne peccares in me; & non dimisi, vt tangeres eam.* Quibus in verbis, vt Theodoretus ait, ostendit Dominus, bonam iustorum intentionem in causa esse, cur à peccatis præferentur, nec vllam proximo iniuriam inferant, cum bonam Abimelechi intentionem videns, qua Saram sibi in coniugem accipere cogitabat, illi reuelauit, ne hoc faceret; quod iam matrimonio iuncta esset. At quoniam in rebus carnalibus semper aliqua culpa committitur, voluit Abraham pro illo orare, cuius precibus permotus, delictum remisit, & à puniendo manum continuit.

CAPVT VI.

CASTITATEM CONIUGALEM A PVLCHRITVDINE & ornamento corporis impugnari, ab anima verò pulchritudine conseruari.



TAMETSÌ coniugum castitas à fortissimis validissimisque hostibus oppugnetur, aduersus quos in sequenti Tractatu de continentia omnibus communi, varia tum ad oppugnandum, tum ad propugnandum arma producemus, duos tamen aduersarios habet secretos admodum & occultos, qui eodem ipso, quod ad statum suum spectat; illam impetere & impugnare solent. *Primus* est pulchritudo exterior, ob quam non exiguum matrimonio onus, & molestia accedit: si enim

vxor deformis sit, metuendum est, ne à viro contemnatur; si autem for-
 mosa, nisi huiusmodi illa sit, quæ se ipsam custodiat, difficile custodietur, i-
 mō & tunc in alio periculo miser maritus versatur; quod insinuauit à Abra-
 ham, cum sciens vxoris Saræ pulchritudinem, bis timuit sibi, (vt præceden-
 ti capite retulimus:) ne alij eius pulchritudine capti, sibi necem afferrent.
 Et postea b Isaac eius filius in idem periculum incidere timuit, occasione
 Rebecca vxoris suæ eximie venustatis: sed vtrumque Deus liberauit, vt
 iam diximus: eò quòd sanctè his in rebus procederent. Quæ sanctitas, si de-
 fuerit nihil omnino securum est, cum c David Bersabee pulchritudine cap-
 tus; vt adulterium admissum occultaret: Vria optimi eius viri necem pro-
 curauerit, vnde infert Ambrosius, non esse quærendam vxorem, quæ ve-
 nustate alijs emineat; cum illa necis mariti inferendæ occasio esse soleat.
 Qui huiusmodi vxorem quærit, dulces domi venenum, cancellos, & carce-
 rem aureum, & splendidam seruitutem fouet, difficulter quippe seruetur &
 possidetur, cui plurimi inhiant. At his periculis, vtpote *varioribus*, omis-
 sis: *frequentia*, & quotidie occurrentia quæ directè castitati aduersan-
 tur, prosequamur: quando scilicet venustas corporalis spiritali destituitur,
 quæ in puritate & sanctitate animæ, timoreque diuino sita est. de illa e-
 nim locutus est Salomon, cum dixit: *fallax est gratia & vana pulchritudo: mul-*
lier timens Dominum ipsa laudabitur: apte porò gratiam exteriorem falla-
cem nuncupat, quæ sancto hoc timore, à quo coercetur, caruerit: sine quo
retinaculo & freno mulier eadem dotata, & inaniter pascitur, & decipitur:
& ipsa vicissim inescat ac decipit alios: cuius finis est illa miseria, quam i-
dem Sapiens describit: e sicut & oculus aureus in naribus suis, ita mulier pulchra
& fatua. Nam, vt sus tam preciosum anulum nihil facit, & cum illo se
luto & cæno inuolutat, & simeta fœtidissima eisdem naribus inuertit: ita
mulier nefaria & improba abutitur collata sibi ad ornamentum à Deo ve-
nustate, cum se carnalium voluptatum cæno inquinat. At f mulier sancta &
pudorata, pulchritudine sua (vt supra iam ex Ecclesiastico retulimus) solis
instar in hoc mundo collucet: & velut lucerna splendens super candelabrum san-
ctum: nam corporis pulchritudini internam splendens, seque ab omni re, quæ
eandem obscurare posset, quàm maximè continet. Non sine causa tamen o-
mnes pœnè sanctas legis veteris mulieres, pulchras & formosas fuisse. Scri-
ptura refert: vt hinc manifestum fiat, pulchritudinem hanc donam Dei
 esse, quæ non aliam ob causam confertur, quàm vt
 interiori venustati respondeat, & in-
 terior ex externa colli-
 gatur.

Nimia for-
ma pericu-
la.

a Gen 12. 1. 2
cap. 20. 4.
b Gen. 26.

c 2. Reg. 12.
5.
li. de Abra.
cap. 7.

d Pro. 31. 30.

Fallax pul-
chritudo.

e Po. 11. 22.

f Eccl. 26. 14
Timor Do-
mini.

Forma do-
nium Dei.

§. I. Pulchritudo non profligare, sed conseruare debet Castitatem.

1.
Cum Forma
crescat vigi-
lantia.
a Dan. 15.

b Gen. 39. c.

Hom. 62. in
Genes.

lib. de Ioseph
cap. 5.
serm. 82. de
temp.

S. Ioseph ca-
sta forma.

2.

c Gen. 39. e.

EXijs, quæ dicta sunt, colligi possunt media, quibus castitas nullum
 Lob venustatem & pulchritudinem detrimentum aut periculum ad-
 eat nefas enim est, vt donum, quod Deus contulit, & in suum honorem
 cultumque destinavit, hoc in arma transeat, quibus idem oppugnetur &
 offendatur. Atque vt illi, qui preciosioribus induiti sunt *vestibus*, ma-
 iori cura & studio easdem conseruant: ita quæ *pulchritudine* illa corporali
 dotata sunt, diligentiam maiorem adhibeant oportet, vt eam rara quadam
modestia, & insigni *vigilantia* custodiant: eò quòd maiori studio dæmon
 eandem imperat & oppugnet, vt apparet in Sancta a *Susanna*, quæ ob insi-
 gnem venustatem à perfidis senibus adamata, ita castitatis conseruandæ so-
 licita fuit, vt ob eisdem defensionem mortem parata fuerit subire, vt pau-
 lo antè diximus. Nec viri quidem ipsi ab hoc onere immunes sunt, cum
 non sine causa Scriptura prodatur: b; *Iosephum fuisse facie pulchra, & decorum
 aspectu*, & mox addat: *dominam suam oculos suos in eum iniecisse*, & concupi-
 le. Nam (vt ponderat Sanctus Chrysostomus) ex illius pulchritudine la-
 queum dæmon parauit, quo illum comprehenderet; nisi Deus illi euitan-
 di periculi, & resistendi gratiam concessisset. At quamuis ipse generosi ath-
 letæ instar, victor euaserit; domina tamen, quæ coniugata erat, tanquam
 debilis, aliena pulchritudine capta, & illaqueata fuit. Notant hoc & pon-
 derant egregiè duo illa Ecclesiæ lumina Ambrosius & Augustinus, iisdem
 pœnè verbis: Ioseph cum formosus & decorus esset, pulchritudinem suam
 ad aliorum iniuriam non conuertit, sed ad gratiam conseruandam: sibi per-
 suadens in hoc se pulchriorem fore, si sine castitatis iactura, & puritate con-
 seruata pulcher esse posset. Illam enim veram credebat pulchritudinem:
 quæ aliorum oculos non inescaret, nec infirmorum animas vulneraret.
 Magnus profectò vir ille fuit, qui diuenditus, non fuit seruus; amatus, non
 redamavit; prouocatus, non consensit: & impetitus, fugit: ne in peccatum
 prolaberetur: famulus à Domina sollicitatur: & quæ alijs in rebus illi im-
 perabat: hic blandis illum verbis orabat: verum ille videre didicit, quòd
 illa non videbat: Erat pulchrior internè, quàm externè: magis decorus in
 splendore cordis, quàm in exteriori corporis: & quòd mulieris oculus non
 penetrabat, ibi ille pulchritudine sua fruebatur. Videns verò interiorem
 castitatis decorem in speculo conscientie: quomodo illum tentatione lu-
 xurie inquinaret? Hæc S. Augustinus.

VERVM videamus quomodo generosus hic adolescens grauem hunc
 conflictum superauit, inordinatum dominæ suæ affectum reprimens, ac
 reprehendens: c *Ecce* (inquit) *Dominus meus*, *omnibus mihi traditis*, *ignorat*

quid

quid habeat in domo sua: nec quidquam est quod non tradiderit tibi, prater te, quæ
 vxor eius es: quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in Deum tuum?
 Quid verò hoc aliud fuit, quàm apertè illi dicere: quæ mihi erga mar-
 itum tuum & Deum incumbit obligatio, impedit, quo minus agam; quod
 scio illis displicere: quod si ego seruus, obligatum me agnoscam, ad fideli-
 tatem marito tuo seruandam: quanto magis tu illius coniugæ eam seruare
 teneris? Respice quæ tibi bona contulerit, & datori noli esse ingrata: e-
 quidem te tangere nolo, cum non sis mea: neque tu ergo me tange, cum sis
 alterius. Cum verò rationibus hisce procaz libido non flecteretur, castissi-
 mus adolescens *mori* potius decreuit, quàm huiusmodi crimen admittere.
 Quapropter cum data opportunitate solum eum quadam die haberet, &
 illa pallium eius apprehenderet: maluit in dominæ illud manibus relinque-
 re, quò illa nequitiam suam ac nefarium ausum tegeret; quàm huiusmodi
 perfidiam committere.

Ex quo apparet manifestè ad hasce tentationes superandas, non esse me-
 dium efficacius, generoso quodam animo, diuina gratia adiuro, ad vitæ fa-
 mæque detrimentum potius subeundum, quàm in huiusmodi crimen as-
 sentium dandum.

VERVTAMEN è misera huius mulieris lapsu aliud documentum elicia-
 mus. nam vt ait S. Ambrosius, non sine causa dicit Scriptura in Iosephum
 illam *oculos iniectisse*: vt hinc discamus, prima luxuriæ iacula per *oculos* intrare
 & castitate illum excidere, qui alienam pulchritudinem attentius intuetur:
 non dicitur autem Iosephus in dominam oculos coniecisse: quia *modestia*
 sua seruabat, quod illa sua *libertate* perdere desiderabat.

Nec transeamus sub silentio aliud documentum non minoris momenti,
 quòd ex hac historia coniuges, & omnes patresfamilias elicere queunt:
 quàm videlicet prudentes esse debeant, in admittendis in familiam famu-
 lis, & virginibus *pulchritudine exteriori* excellentibus; præsertim, si *modesti-*
am & honestatem comites non habuerint: illa quippe ad nihil prodest, quàm,
 vt instar sit *laqueus*, quo alios dæmon irretire & illaqueare conatur: & inter-
 dum viro, interdum vxori lapsus occasio est. Tamen si verò serui non idè
 sint deteriores, quòd bonam externam speciem habeant, quando internæ
 probitatis illa signum est: si tamen pulchritudo hæc cum naturali immode-
 stia & leuitate, magnæque libertate coniuncta sit, periculosa est; ac multò
 tutius laqueum declinare, quàm tam propè illam adire.

Ex his omnibus apparet veritas illorum, quæ capite septimo Tractatus
 primi, dicta sunt; omnes scilicet, tam viros: quàm feminas pulchritudi-
 ne illa, quæ sibi contigit, contentos viuere debere: sibi persuadentes: si
maior defuerit, id forsitan esse quòd laqueus illa foret Satana, & causa damna

Obligatio
 Dei & pro-
 priæ confi-
 deranda.

Malo *mori*
 quam pec-
 care.

3.
 ubi supra.

Mors intra-
 uit per sensu-
 ritas.

Forma sine
 virtute pe-
 riculosa.

Forma me-
diocri con-
tentus sis.

Eximia be-
ne vivere aus-
pice cela.

lib. 4.
Vide Peveritū
in prefat. lin.
cap. 39. Gen.

Luxus ve-
stitum.
lib. 3. de do-
ctrina Chri-
stian. c. 12.
2. 2. q. 169.
ar. 1. ad 2.
art. 2.
l. de habitu
Virginum.

Etiam in
viris.
Ehom. 40. in
Evang.
a. Luc. 16. 19.

b. Mar. 11. 8.
ubi supra.

Epist. 73. ad
Cossidium.

tionis: si verò insigni venustate donati fuerint, datam eam sibi; vt quasi stimu-
lus ipsis sit ad animam, quam tali in corpore Deus collocavit, condecoran-
dam. propterea illi, qui connubio iuncti non fuerint, nec iungi volunt; si vi-
derint pulchritudinem suam alijs laqueum esse; merito illam tegere, & ab-
scondere contendunt: quoniam etiam, si licito ac decenti aliquo medio fieri pos-
set, eandem destruent, ac deturpabunt: quemadmodum multas virgines, ce-
litus illustratas, fecisse legimus: turpes potius coram hominibus videri vo-
lentes, quam occasio esse, vt aliorum animæ aliquam sui causa apud Deum
turpitudinem contraherent. Nec mirum id in virginibus Christianis: cum
& Spurinam formosum adolescentem, qui plurimarum matronarum oculo-
rum rapuerat, atque idcirco maritis, & patribus illarum suspectus erat, refe-
rat Valerius Maximus, ad susceptionem illam tollendam, oris sui venustatem
laxasse ac deturpasse: deformitatemque ipsam, sanctitatis suæ fidem quam pul-
chritudinem formæ, irritamentum alienæ libidinis esse maluisse.

§. II. Modestia in cultu & ornatu externo.

ALTER castitatis coniugalis inimicus ipse est ornatu externu corporis,
quando scilicet is in subiectio parum cauto, minusque prudenti ap-
paruerit; vel dum nimius & superfluus est; & ultra quam status & cō-
munis patriæ fert consuetudo: tunc enim (vt docet Augustinus, quem Sanctus
Thomas etiam sequitur) vitium redolet; atque vt bonum habere finem
non potest, ita animum vanum, sensualem ac delicatum arguit: qui
non nisi vanam sui ostentationem & delicias ambit, vt laudetur, & inordi-
natè diligatur. Hoc sensu dixit Sanctus Cyprianus: illas, quæ se bysso
& purpura induunt, sincerè Christum induere non posse: quæ que auro &
gemmis se exornant, anima decorem & ornatu amississe. Eandem ob cau-
sam excessus & superfluus externus cultus, etiam in viris culpandus est:
quod à superbia, leuitate, & sensualitate carnali originem trahat. Nisi enim
vitium spiraret, & peccatum includeret, inquit Sanctus Gregorius, Scriptu-
ra tam particulariter & studiosè non declarasset: a diuitem, qui inferni cru-
ciatus & flammam postea sustinuit, purpura & bysso indui solitum: Christus
item Ioannem dilaudans, non diceret, illos, b qui mollibus vestiuntur in aulis
& domibus Regum mundanorum reperiri. Verum tunc maior hæc est culpa,
quando & in ipsa veste, fucata quædam, & adulterina forma, & adscititius
decor quaeritur, quò maior sit elegantia: adulterando (vt idem Cyprianus
ait) opus Dei, & reformare cupiendo, quod semel ille formauit, non secus
ac si pictor quidam tyro imaginem restaurare satageret, quam insignis a-
lius artifex depinxisset. Nam teste Sancto Augustino fictionis & fraudis

adul-

adulterinae quaedam species est, colorem & pulchritudinem, quam non habent, mentiri: vt ficta quadam apparentia moueant ad id, quod naturali forma efficere nequeunt, vel velle eandem augere, quod maior sit fraus, & damnum maius. Vt illa, quas David ait, *compositas, & circumornatas, vt similitudinem, & simulacra templorum*; quorum pulchritudo picta est, sicut etiam *depinxit sibi scelestam Iezebel*, vt Regi *Iehu* gratior appareret: qui leuitatem illius digna poena mulctauit: vidua quippe, cum esset, dedecebat illam fucus & ornatus adulterinus. Similia enim, vt ait Augustinus, vix excusationem merentur in mulieribus inuuptis, nec matrimonium ambientibus, quarum status eas obligat, (vt Apostolus ait) *e cogitare ea quae Dei sunt*. Cum igitur hic ornatus non referatur ad magis Deo placendum: summo cum discrimine adsciscetur ad maiorem in virorum oculis gratiam inueniendam: quod si e vana nascatur *superbia*, miserabilem in *luxuriam* lapsum praeparat. Et qui ad exteriorem hanc insolentiam & luxum mortificandum, quod tamen facillimum est, virtutem non habet: interiore passionem quomodo continebit, quod grauius multo est ac difficilius? At mulieres coniugatae, licet (vt S. Thomas ait) se adornare poterunt, intra moderationis tamen limites: quod maritis gratiores existant, illorumque amorem conseruent, ne alio illum conuertant: propterea Apostolus, illas ait *cogitare quae mundi sunt, vt placeant viris*. At hoc, inquit Sanctus Augustinus, non praecipitur, sed *indulgentia* duntaxat, & permissio est ratione maritorum, ad quorum voluntatem ipsas se confirmare par est; ornando se non ex propria complacentia, sed ipsorum intuitu & causa.

In ipsam, aiunt iidem Doctores, extendi posse ad illas, quae matrimonio iungi volunt: quas se ornare fas est, quo placeant illi, quem in coniugem accipere praetendunt. At in hoc non proprium illas, sed illorum, quorum sub iure potestati, ductum sequi oportet: sicut Ruth nostra, Noemi iussu *se lauit, unxit, & culis oribus induit vestimentis*, quod Booz ipsi quem maritum amabat, gratior appareret. Esther etiam coram Assuetore rege comparitura, quemadmodum ceterae puellae comparebant, vt ille sibi ex vniuerso illarum numero aliam uxorem in locum Vasthi adscisceret, noluit sicut ceterae ornatum, quem Scriptura *mundum & cultum muliebrem* nuncupat, petere; sed praefecto suo omnem rei huiusce curam concredidit, vt faceret, quoad sibi videretur. Vtrumque porro matrimonium prosperum habuit exitum eo quod ornatus hic non a leuitate, nec a proprio instinctu nasceretur. Illud ipsum Scriptura etiam in casta *h. Iudith* annotauit: quae in viduali statu, cum se diuino instinctu comeret, & adornaret; quo in Holofernis oculis gratiam ad finem illum gloriosum, quem intendeat assequendum, inueniret, noua etiam tunc pulchritudine

c Ps. 143. 12.

d 4. Reg. 9.

30.

Epist. 73. ad

Possidium.

c 1. Cor. 7.

34.

Luxus gi-

gnit luxu-

riam.

nr. 2. cit. 69

S. August.

c 1. Cor. 7. 34.

Nuptis ob-

maritos or-

natus per-

mittitur.

Etiam nu-

pturis, sed

sine or-

nate.

c Ruth. 3. 3.

g. Hesterz

15.

h. Iudith. 10.

34.

adaucta fuit: quia omnis ista compositio non ex libidine, sed ex VIRTUTE pendebat. Atque ubi hæc moderatio accesserit, etiam ab Apostolis ipsis probatur: dum scilicet resecatur superfluitas, quæ ipsam vitiosam reddit. Vnde Apostolus: *i mulieres* (ait) *veniant in locum sanctum, in habitu ornato, cum verecundia & sobrietate ornates se, & non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut veste pretiosa: sed quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona: Aded vt ornatus exterior pietati interiori respondeat. Quod & Apostolus Petrus hisce verbis præcipit: *k mulierum non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus: sed qui est cordis homo, in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, qui est in conspectu Dei loquens. sic enim aliquando & sancta mulieres sperantes in Deo ornabant se subiecta propriis viris. quasi diceret: si contentæ sint ornatu, qui statum suum deceat, confidant diuinæ prouidentia, quæ quidquid illis ad ornatum defuerit, tam naturalem quam artificialem, supplebit: nam in illius manu est talem animum amoremque viro tribuere, vt quod deforme est, illi pulchrum appareat; vel, vt magis illi placeat deformitas, quam alijs pulchritudo.**

Nam vt olim dixit Philosophus quidam: omnis mulierum pulchritudo & ornatus, non in vestitu, sed in honestate & virtutibus consistit: Et Ambrosius: *non tam pulchritudo mulieris, quam virtus & grauitas delectat virum prudentem*, atque hæc ipsa pulchritudinem magnopere adauget, eamque in mulieribus conseruat: nam Saram nonagenariam etiam Scriptura tam pulchram fuisse scribit, vt metueret Abraham, ne Rex *Abimelech* eam sibi concupisceret: nam morum grauitas, modestia, & castitas, quam ad annos aliquot seruârat: faciei pulchritudinem & conseruabant, & augebant.

MYSTERIO denique non vacat, quod prima mulier, quam mortuam, & sepultam fuisse Scriptura commemorat, fuerit Sara, cuius pulchritudo aded in mundo fuit expetita. Ita etiam refert *n mortem Rachelis*, quæ pulchra erat, nulla mortis Lia sororis eius, quæ lippientes habebat oculos, mentione facta. Cuius rei causa inter alias hæc est præcipua, vt hinc formosæ discant, se tandem morituras, & sepulchro inferendas: vt hæc memoria & cogitatio eas contineat, ne ob suam venustatem euanescant, aut eadem abutantur. Vultus enim ille, quem iam nemo non suspicit, aded deformis & luridus futurus est, vt nemo eum tunc sine horrore inspicere possit: & corpus, quod abyssu induebatur, vili, & semilacero velabitur panniculo: quæque omnium in se oculos venustate rapiebat à vermibus foetidissimis deuorabitur. Vnde igitur *superbis puluis & cinis*? cur te iactas lutum & cænum? Quamuis enim carnem bysso & serico cooperias, manet tamen caro. Quid autem, ait *Isaias*, *o omnis caro est quam fenum*: quod

hodie

ii. Tim. 2. 9.

ki. Pet. 1. 2.

Deus dom
gratiam &
amorem.

Pythagoras
apud S. Tho.
in 1. Petri. 4
Virtus dat
formam.

1 Gen. 20. 1.

Vide Per-
vium.

in Gen. 13. 1.
n Gen. 35. 19

Mors for-
mam de-
formas.

hodie quidem virefcit; fed cras arefcit: & aridum nulli rei prodeft, nifi vt ignem foueat? Noli respicere, quod modò es; fed quid mox futurus fis. noli te pascere & delectari bono exteriori, quod habes: fed oculos ad corruptionem, quam internè tegis, conuerte. Noli monilia & gemmas, quibus corpus adornatur; fed gratias & virtutes, quæ animam adornant, curare: nam omnis corporis pulchritudo, aut deformitas; vestis aut nuditas temporalis est, & vnà cum vita terminatur: at *anima decor* futurus est *æternus*; & quem ipsa sibi in hac vita comparauerit, eam in alia sequetur, in eius virtute beata erit; & Deus illam pulcherrima & pretiosissima gloriæ veste adornabit.

Anima decor æternus.

CAPVT VII.

QUOMODO VIR PERFECTE CAPVT VXORIS esse, eamq; perfecte regere, hæc verò illi subesse & obedire debeat.



INSIGNIS profectò Dei prouidentia eluxit in omnibus, quæ, dum Adamum & Euam condidit, fecit ac dixit: vt illos doceret, quæ ad proprium statum pertinebant: a *virum vxoris*, vt Apostolus ait, *caput* constituens, qui eandè regeret & gubernaret; b *vxorem* verò, vt *viro* subesset, eiq; obediret. In viri namque formatione ait; c *faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*, & *præsi piscibus maris, & volatilibus caeli, bestiis vniverse terra, omniq; reptili, quod mouetur in terra*. Tamen si verò excellentia hæc tam viro quam mulieri communis sit: in viro tamen amplior est, vt qui etiam ipsi mulieri præsidet; ipsa verò illi obedire, illiusque potestati & gubernationi eo, quo iam dicemus modo, subesse debet.

a 1. Cor. 11. 3

b Ephes. 5. 22

c Gen. 1. 26.

Viri excellentia.

D. Thom. 1.

p. 9. 93. art.

4. ad 4.

1.

Scientia.

1. p. 94. 3

d 1. Tim. 2.

12.

e Gen. 2. 16.

2.

Doctrina.

PRIMUM itaque videns Deus illos, qui caput & gubernatores aliorum esse debent, multa ad gubernandum *scientia* opus habere, omnes *scientias* (vt docet S. Thomas) Adamo valde eminenter communicauit; Euz verò non nisi tenuiter & moderatè: ne forsàn superbiret: sed dependentiam suam a viro, a quo & doceri & regi debet, agnosceret. Propterea etiam Apostolus ait. d *docere autem mulieri non permitto in Ecclesia, neque dominari in virum*. Vtrumque enim statui illius repugnat: dedecet enim, illam in publico docere, vt *magistrum*; sed vt discipulam audire, par est; neque viro vt *dominam* præesse, sed subditæ instar subesse.

Hinc est etiam quòd Deus per seipsum soli Adamo præceptum e *ex ligno scientiæ boni & mali non comedendi*, intimaerit. Adamus verò ipse. Dei nomine

nomine

li. 3. de Gen.
ad lico. c. 17.

f. 1. Cor. 14.
34.

g. Tim. 2. 14.

Tract. 2. c. 8.
h. Gen. 5. 2.

3.
Notitia.
i. cap. 2. 19.

k. Pro. 27. 23

l. Gen. 2. 23.
Eua &
Virago.

m. Gen. 3. 20.

4.
Labor.
n. Gen. 2. 15.

nomine (vt Augustinus obseruat) illud Eua significauit : ne & ipsa illud transgredereetur : significare hic volens, viri esse, vxorem docere mediaque suggerere, quibus ea, ad qua obligata est, complere queat ; vxoris vero partes esse, ad illum recurrere, vt eadem ab eo discat. Vnde Apostolus : *f mulieres in Ecclesia taceant: non enim permittitur eis loqui: sed subditas esse, sicut & lex dicit: si quid autem volum discere, domi viros suos interrogent.* si enim ita humiles fuerint, Deus à dubijs suis illas per viros eripiet, cuius rei rationem idem Apostolus alio loco ait : *g Adam enim non est seductus: mulier autem seducta in precepti prauaricatione fuit.* quasi diceret: misella Eua à serpente decepta fuit, quòd Adamum non conluisisset super ijs, qua ille proponebat: ipse enim, vt potè sapiens, illam à fraude liberaffet, quemadmodum supra dictum est.

VERVM iam ad tertiam Adami excellentiam, qua caput est, transeamus: qui hoc sibi ipse nomen non arrogauit, sed Deus illi imposuit, ostendens neminem bene seipsum nosse, nisi singulari Dei fauore & gratia id ei concedatur: cum tamen ipse ea, quam habebat, scientia, *i cunctis animantibus terra, & vniuersis volatilibus cali,* & vxori suae Eua, iuxta vniuscuiusque proprietates, & officia cuique propria, nomina imposuit: ad ostendendum scilicet, Gubernatoris esse, omnium quos sub se habet, nomina nosse, & vnicuique officia & munia, iuxta talentum & dotem cuiusque distribuere. Quocirca benè Salomon ait: *k diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuoque greges considera:* Vix quippe eos regere poterit, qui eodem non nouerit.

VERVM enim verò duo Adamus in primis vxori nomina impoluit: primum mœx vt è latere illius formata prodijt, dicens: *l Hac vocabitur virago, quoniam de viro sumpta est.* Nam ludens in vocabulo Hebræo, quod virum denotat, ex eo mulieris nomen deriuauit: quasi diceret: cum è viro formata hæc sit, vocetur VIRAGO: quemadmodum à Ioanne mulier dicitur Ioanna: vt etiam ex ipso nomine intelligeret se non suam esse, sed viri, cui subesse & subijci deberet. & agnoscere omne suum remedium & solatium ab illo dependere. Alterum nomen fuit m Hena: eò quòd mater esset cunctorum viuentium. Vt hinc intelligeret, officium & partes suas esse in generatione & educatione, filiorum, reliquarumque rerum gubernatione, ipsi viro cooperari, cum propterea illi fuerit in sociam à Deo data.

VERVM, vt agnosceret Adamus, qua sibi cura & sollicitudo incumbere, qua erat familia caput: ait Scriptura, *Deum illum in paradiso voluptatis possisse,* tanquam in domo & habitaculo proprio, n vt operetur & custodiret illum, sic insinuans: diuinæ prouidentiae munus esse, hominibus domum, diuitias, & bona temporalia conuenientia, concedere: ad virorum

tamen

tamen statum pertinere, otio & ignavia reiectis, diligenter ad necessarium victum & alimentum comparandum operari: simul etiam primariam domus & familiae, & omnium quae Deus largitus est curam, illi incumbere. At quoniam solus ipse oneri huic non sufficebat: Deus eo ipso tempore profundum o *immisit soporem in Adam: e cuius dormientis costa mulierem edificauit*: ut intelligeret, quamuis in duabus illis rebus à Deo sibi iniunctis, multum curae, attentionis, & vigilantiae poneret: somno tamen capiendi obnoxium esse, & quiete ac leuamine aliquo opus habere. Ac propterea adiutorium simile sibi mulierem ei donauit: ut interim dum ipse quiesceret, illa vigilaret. exijt igitur Heua è latere Adami, non vigilantis, sed dormientis, eò quod illius cura & sollicitudo, non tam viro vigilante, quam dormiente, & absente; aut alijs negotijs impedito; vel quorum causa domestica curae non adedò attentè, ut opus esset, incumberet, necessaria esset.

Hinc & alia documenta deducere possumus, viris in vxorum gubernatione seruanda: quae insinuantur in eo, quod DEVS formauerit Adamum de limo terrae; Heuam vero ex eius Costa edificauerit, cuius Costa loco p carnem replenit pro ea. Quoniam enim vir futurum erat mulieris caput: & qui capita sunt, expositi sunt periculo superbiae in suos inferiores, voluit Deus virum ex limo terrae formare, ut profundae humilitatis fundamentum haberet, vile suum principium agnoscens: nam etsi caput esset, formatus tamen fuit ex eo, quod pedibus suis calcabat: ideoque, dum calcaret terram, memor esset propriae suae vilitatis: ob quam dignus esset, qui ab alijs conculcatus, & in loco infimo poneretur: quod enim altiore occupet, ex mera gratia fuit, & liberalitate Dei.

Neque formatus fuit ex terra, quae erat in paradiso, quae alias praestantior erat; sed quae extra, & quae spinas & tribulos erat productura: ut sic agnosceret, se ex se ipso neque gaudia neque solatia habere; sed spinarum & tribulorum sementem: & haec omnia humiliatum illum tenerent, ne ex sua alias excellentia euanesceret.

Mulier autem, quae viro subdita esse debuit, non ex terra, sed ex vili Costa fuit formata; nec ex osse nudo, & à carne spoliato, sed simul cum carne, neruis, venis, & sanguine conuestito condita fuit: ut ex eo deducitur, quod dixit Adam: *q hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea*, ut hinc intelligeret (sicut dictum est) quod suam vxorem sicut se ipsum, & rem propriam diligere, proprijsque expensis fouere, & augere deberet, substantiaque & fortitudinis suae; & eorum, quae suo labore & industria compararet, participem facere: non enim capitis officium & dignitas confertur sine magno aliquo onere; nec exercetur absque magno labore

Cura.

o Gen. 2. 21.

Quies.

Adiutorii
vxo-
ris.

s.

p Gen. 2. 7.
22.Vir è limo
terrae.Vxor aman-
da.

q Gen. 2. 23.

*Brachia te-
gunt costas.*

labore, & iactura aliqua eorum, quæ habet: ut ei, cuius curam gerit, solatio sit, & leuamini. Et quemadmodum *brachia* habent sub se costas, quas cooperiunt & protegunt: ita debent *superiores* operire & protegere suos Inferiores.

Vxor socia.

*Vxor ad si-
nistram.*

1. Pet. 3. 7.

*Vir non sit
amarus.
1. Col. 3. 19.
1. Mich. 1. 12.*

Nec mollis.

UT autem rationem nouerint viri cum vxoribus, quamuis sibi subiectis, agendi, noluit DEVS eam formare ex osse & carne *colli* aut *pedum* aut *dorsi* Adami; sed ex *Costa*, quæ est ad latus; & non ex ea, quæ ad dextrum, quod est nobilius; sed quæ ad *sinistrum*: quod quidē, etsi minus sit nobile, est tamen magis propē ipsū *cor*; quia neq; ut dominā, neq; ut ancillā, sed ut *sociam*, vxorem habere debet: Non super *caput* suum eam collocare, nec sub *pedibus* ponere, nec retro ad *dorsum* proijcere, ut eius obliuiscatur; sed ad *latus* suum eam portare, rationem eius gerere, seque illi socium adhibere: ita tamen, ut non ei cedat dextrum latus; sed *sinistrum*: ita scilicet eam *amando*, ut in suo illa loco constituatur cum debita & conuenienti submissiōe; & ita illam *honorando*, ut non se erigat, & altiorem locū occupare contendat, nec turbet quietem, quæ in eo consistit, ut quælibet corporis pars in proprio suo loco consistat. Id enim voluit Sanctus Petrus, cū dixit: *1. viri quasi infirmiori vasculo muliebri impartiantur honorem, tanquam coheredibus gratia, & vite æternæ: ut ipsorum orationes non impediatur.* qua sententia viros exhortari voluit ad vxores suas honorandas, & alendas, tam quod sint *debiles* ac indigentes: quam obrem æquum est illarum misereri & compati: tum quod sint eorundem cælestium bonorum *coheredes*, & in hoc ipsi æquales: ac denique ne impediatur exercitium *orationis*, quæ haberi non potest, vbi propterea est aliqua turbatio, quod viri non præsentent ea quæ tenentur.

EODEM spectat mysterium latens in eo, quod DEVS mollem *repleverit carnem pro costa*: ut vir intelligat, debere *duritiam* suam moderari, & conuenientem mollitiem induere, iuxta illud Apostoli consilium: *1. viri diligite vxores vestras, & nolite amari esse ad illas*: nam, ut Micheas Propheta dixit: *firmata est in bonum, quæ habitat in amaritudinibus.* Quod si vxor sit in *amaritudine*, eius virtus valdè minuetur: non enim *amari se* existimat, quæ cum amaritudine tractatur: vbi autem amor dulcedo que deficit, non potest locietas utilis esse, ac diuturna.

SEDE attendant etiam viri, ne omninò conuertantur in carnem, quia non absque causa Heua formata fuit, non ex multis *costis*, sed ex vnica tantum, in cuius locum posita fuit caro: hoc enim significat: virum per matrimonium, aliquam suæ fortitudinis iacturam facere, & aliquid mollitiæ

carnis

carnis acquirere: quod tamen intra suos limites & moderationem debet contineri, seruatō virili animo in omnibus, quæ ad gloriam DEI, suæque familiæ bonum spectant.

§. I. Subiectio & obedientia vxorum.

TRANSEAMVS nunc ad subiectionem & obedientiam, quam viris suis vxores debent: quam Sanctus Petrus, ob rationes in proximo capite allatas, tantoperè commendauit. quæ subiectio deducitur ex modo, quo Heua fuit ex Adami costa fabricata. Primum enim debet hæc subiectio fundari in profunda *humilitate*, qua imbecillitatem suam, ac dependentiam, quam à viris suis habent, agnoscant. Nam quamuis Heua non fuerit ex limo immediatè formata: satis tamen est, quod fuerit ex ea costa, cuius origo fuit limus terræ: vt cognita hac sua vilitate, humilietur, ac iudicet, se etiam esse dignam, quæ, sicut ipse homo, calcetur & proteratur.

DEINDE attendat, quod est vnica costa cum reliquis eiusdem corporis comparata: id esse proportione quadam vxorem cum viro collatam, à quo eius fortitudo, sustentatio, defensio, ac protectio dependeat. Memor itaque sit illius imprecationis, quam DEVS Heuæ post peccatum attribuit, dicens: *a sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui*. Quamuis enim etiam in fœlici illo Innocentiæ statu ante peccatum (vt Sanctus Thomas aduertit) vir fuisset caput & superior, & mulier ei subdita: id tamen fuisset cum magna vtriusque *suauitate*, eò quod vir fuisset cum *prudencia* gubernaturus; & ipsa mulier *lubens* eam gubernationem admisisset: ex peccato tamen illo magna incommoda sunt orta: alterum ex parte mulieris, quæ ex *superbia* horret alteri subesse, & ab alijs gubernari, potius ambiens imperare, & alios regere: alterum verò ex parte viri, *asperè* sæpè ac imprudenter gubernantis & imperantis. Et nihilominus tamen ex supremi Iudicis sententia debet mulier esse sub potestate viri, eumque superiorem agnoscere. & hoc sufficere deberet, vt demisso capite dedat se illa DEI ordinationi.

Hæc accedit ratio alia valdè efficax, qua vtitur Sanctus Petrus, dicens: *Mulier subdita sint viris suis: vt est qui non credunt verbo, per mulierum conuersationem lucrifiam, considerantes in timore castam conuersationem, & sanctam vitam illarum, quæ magnam opinionem creat fidei Christianæ, docenti exactam ad eò & perfectam subiectionem, & obedientiam earum ad viros suos.*

1.

Vxor sit
humili.

2.

Viro sub-
dita.

a Gen. 3. 16.

i. p. q. 29. n. 1.

ad 2. c. 7.

96. n. 4.

b 1. Petr. 3. 1.

3.
c. Eph. 5. 22.

Vir diligit.

Vxor subd-
etur, sicut
Domino.

d Col. 3. 18.

Sed hoc ipsum amplius extulit Apostolus, dicens: *c mulieres viris suis subdita sunt: sicut Domino: quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus caput est Ecclesiae; & sicut Ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres viris suis in omnibus.* Viris commendauit idem Apostolus, vt *suas uxores diligere*, eò quòd facilius illi soleant amorem erga uxores remittere. Vxoribus autem non dixit, vt viros diligerent: id enim, etiam ipso tacente, quasi dictum accipere poterant; & earum complexio ac necessitas ad id eas impellit: sed caelesti quadam eloquentia id illis commendat, & ad id exhortatur, quod maiori periculo in eis patebat, humilem scilicet subiectionem: adferens ad hoc excellentissimum quoddam exemplar, subiectionis scilicet Ecclesiae ad suum sponsum Christum Dominum. nam quemadmodum Christus caput est Ecclesiae, ita vir est caput mulieris: quae in viro suo agnoscere debet ipsum CHRISTVM: quamobrem debet libentissimè se ei subijcere, *sicut Domino*, quem ipse refert. & alibi dicit idem Apostolus, vt sint subdita viris, *d sicut oportet in Domino.* Eò quòd subiectio hæc eodem modo haberi debeat, quem DEVS vult; & eum in finem, ad quem ipse eam dirigit, ad suam scilicet *gloriam*, & ipsarum *animarum* bonum.

2.
Cum Reuerentia.
e 1. Pet. 3. 6.
Gen. 1. 12.

NOMINATIM verò ostendenda hæc subiectio est in aliquibus rebus, quæ in Ecclesiae erga Christum Dominum subiectione eminent. *Prima est reuerentia*, & interior ac exterior respectus, quem par est habere ad caput suum. Verus enim charitatis & amicitiae amor non expellit debitos ac decentes respectus, qui inter superiores & inferiores esse debent: in quem finem S. Petrus adfert exemplum e *Sara*, quæ *obediebat Abrabæ; Dominum eum vocans*, cum loqueretur cum Angelis, quos homines existimabat nam hæc reuerentia, in publico potissimum, & alijs præsentibus exhibenda est.

2.
Obedientia.
Eph. 6. 5.
Tract. 3. c. 3.

DEINDE subiectionem suam ostendere debent, *obediendo* illis in rebus omnibus licitis & conuenientibus, quas illi expressè iusserint: aut placere sibi insinuauerint: ita tamen id faciant, vt non cum Spiritu timoris, sed amoris obediant, sicut ipsi CHRISTO. cum Apostolus etiam *f seruos iubeat obedire Dominis carnalibus, cum bona voluntate, sicut Domino*, quemadmodum supra diximus. nec vacat mysterio, quòd Apostolus eam obedientiam velit esse generalem *in omnibus*, modò *licita* sint, quia cupit esse perfectam, nec vllis apparentibus titulis, aut rationibus lædi, quasi *voluntatem* potius *propriam*, quam viri sequi velit. Hoc enim à *superbia* originem ducit, & ingentis *discordia* est seminarium: cuius detrimentum solet in proprium caput recidere, quemadmodum euenit Re-

ginæ Vasthi, quam Rex Assuerus vir eius per tuos cubicularios iussit ad se venire, *g vt ostenderet cunctis populis & principibus pulchritudinem, & maiestatem eius, que tamen renuit, & ad Regis imperium venire contempsit, siue quod ægrè tulerit, ipsum Regem non venisse, ad ipsam vocandam; siue quod non placeret sibi, ad conspectum tot hominum prodire. Ex quò iratus Rex, & nimio furore succensus, interrogavit sapientes, qui ex more regio semper ei aderant, & illorum faciebat cuncta consilio. scientium leges ac iura maiorum qui omnes vno consilio Reginae factum condemnarunt, eò quod facile sermo Reginae egrederetur ad omnes mulieres, ut contemnerent viros suos, dicentes, Regem Assuerum iussisse Reginae Vasthi ad se intrare, & illam noluisse: atque hoc exemplo omnes principum coniuges parumper imperia maritorum. Quare decreuerunt Consularij, ut Rex, quasi libellum Repudij ita Reginae daret, ut nequaquam ultra Vasthi ingrederetur ad Regem, ut ex hoc exemplo discerent reliquæ mulieres, maritis suis obedire; & cuncta vxores tam maiorum quam minorum deferret maritis suis honorem. Quamuis autem pœna hæc licita non sit in Euangelica lege: magis tamen tremenda est illa, quam Deus minatur vxori non obedienti viro suo in rebus grauib; expelletur enim ab æterno regno, dabiturque eius animæ perpetui Repudij libellus: nisi pœnitentiam agat; vitamque suam emendet. Interdum verò solet hic obedientiæ defectus, alicuius boni veluti pallio quodam cooperiri; quemadmodum videtur esse probabilius quod Regina Vasthi renuerit obedire Regi Assuero, nolens (vt refert Iosephus) ad publica Regis conuiuia prodire specie & titulo honestatis, iuxta leges Persarum: Sed in huiusmodi occasionibus magna prudentia opus est, ne fortè pax & concordia turberet: præstat enim orationem & sacræ Missæ, Communionem, aliasque pias deuotiones, quæ sub præcepto non sunt, omittere, quam mariti voluntati obistere, cum ipse aliud fieri iubet, aut vult, ad vitandam discordiam, quæ ex tali repugnantia facile oritur: ad quam præcauendam expedit, exteriora hæc omnia cum viri ipsius consensu & facultate præstare. Memores sint quid Christus Dominus noster dixerit Samaritanæ, cum illa ab ipso peteret hanc aquam salientem in vitam æternam, ne in posterum opus esset venire ad fontem Iacob, ad aquam hauriendam: respondit enim illi: *vade, voca virum tuum, & veni hinc*: quasi insinuans, colloquia ac dona cum coniugatis mulieribus, etiam si de rebus sint bonis, & honestis, debere institui aut præsentibus ipsis viris, aut cum eorum consensu. Et quando Angelus apparuit matri Samsonis, dicens illi, quæ sterilis erat: *cœcipies & paries filium*, ac docens, quæ ratione esset illum eductura illa ut potè prudens, veniens ad maritum suum, omnia, quæ ab Angelo audierat, ei narrauit: & cum secundo idem Angelus ipsi appateret, statim virum suum vocauit: ut, quæ ipsa prius illi dixerat, ex ore ipsius Angeli*

Ester. 1. 11.
Propria vo-
luntatis pa-
na.

Lib. 11. An-
tig.

Concordia
omnia ca-
dant.

h. Ioh. 4. 35.

i. Iud. 6.
10.
Vir hono-
randus.

audi-

audiret: nam, quod viri consensu & approbatione exequeretur, & facilius & plausibilius futurum erat.

3. *Vxor viri domicilium sequatur. Rom. 32. in Gen. k Gen. 12. & c. 13. & c. 20. l Gen. 31. 13.*

EANDEM obedientiam ac subiectionem exhibere debent vxores sequentes viros suos, quocumque viri eas ad *habitandum* deduxerint, modò prudenter & secundum DEI voluntatem viri eas aliò deducant. In qua re (vt Sanctus Chrysostomus perpendit) adèd excellit k *Sara* obedientia & subiectio ad virum suum Abraham, vt in omnibus eius peregrinationibus adèd prolixis ac periculosis fuerit semper eum secuta: vt hæc eius obedientia non minori fuerit admirationi, quàm obedientia ipsius Abrahamæ erga DEVM, in eisdem peregrinationibus obeundis. In eundem etiam modum Lia & Rachel statim atque à viro suo Iacob audiuerunt, DEVM ipsi præcepisse, vt *legrederetur de terra*, in qua eas duxerat, & *reuerteretur in terram nativitatissua*; statim ei paruerunt; imò cum, vt statim egrederetur, stimularunt. Et Virgo sanctissima Christi mater perfectissimè obediuit Sancto Ioseph sponso suo in omnibus in *profectionibus in Egyptum*, & *ex Egypto*, cum diceret, id sibi ab Angelo mandatum. Ac propterea reuelatio illa fiebat ipsi Ioseph, & nõ Virgini sanctissimæ: ad virum enim spectat locum habitationis eligere; ad vxorem verò obligatio eum sequendi: ex quo colligit S. Ambrosius, non esse quærendam vxorem *diuitem* nimis, aut *nobilem*: quia tales, difficiliore sunt, ad sequendos viros; potiusque volunt in illis locis habitare qui votis ac desiderijs suis magis arrident.

4. *Adiuuet virum. n Gen. 2. 18. o 1. Pet. 3. 6. p Gen. 18. 6. q Ca. 27. 9. r 4.*

PRÆTEREA hæc subiectio extendere se debet ad ea omnia, quæ ad domus familiæque gubernationem spectant: vt maritum adiuuet, eiusque directionem sequatur: memor enim esse debet eius, quod dixit Deus in prima hominis creatione: *non est bonum esse hominem solum, faciamus ei ADIVTORIVM simile sibi*: illa enim sententia significauit, se dare viro vxorem, tanquam sociam & adiutricem in ijs omnibus quæ ad filiorum generationem, & educationem, & ad familiæ gubernationem pertinerent. Cum enim vir non possit per se ipsum ad omnia illa attendere, debet curas suas cum vxore diuidere: quæ tenetur ipsi obedire in ea parte curarum suscipienda, quas ipse commiserit, etiamsi *parue* sint, ac de rebus minutis. Et huiusmodi est obedientia, quam S. Petrus laudat in o *Sara*: non solum quòd Abraham virum suum in omnibus perfectionibus sequeretur, quas fecit, postquam exiuit è terra sua; sed nominatim, quòd, cum iuberetur cibos pro hospitibus præparare, id promptè ad nutum faciebat, & p *Rebecca* adèd erat sollicita, & attenta seruitio Isaac viri sui, vt etiam diligenter obseruaret quinquam cibi magis ipsi arriderent, & quibus libenter velceretur: quos studiosè præparabat, vt ipsi indulgeret.

5. HVC subiectioni annexa illa est, qua vxor debet in *expensis* circa domum

mum

mum & familiam sequi directionem viri sui, ne contra eius voluntatem quicquam expendat, etiam titulo *elemosynæ*; nisi in casu, quo lex naturæ, & grauis necessitas ad id obligaret, cum scilicet maritus ipse ad talem elemosynam faciendam teneretur. Quemadmodum fecit prudens *Abigail* cum intellexit maritum suum *Nabal* denegasse *Dauidi* petitum subsidium. Nam prudenter conijciens, *Dauidem* ob eam repulsam fore iratum, & venturum ad vlciscendam iniuriam; illa nihil dicens viro suo *Nabal*, festinauit, ac tulit copiosam escarum prouisionem: quas occurrens *Dauidi* obtulit; qui placatus destitit ab vltione qua sumere cogitauerat; reuersa autem *Abigail* in domum suam, narrauit viro suo quæ fecisset, vt ab imminente periculo ipsum liberaret. Quem licet ab imprudenti & stulta responsione non excusauerit, eò quòd tanta eius insolentia excusationem non ferebat; præuenit tamen damna & incommoda, quæ poterant ex ea toti suæ familiæ oriri. Hunc igitur in modum cum viri mores similes sunt moribus *Nabal*, nec est qui eum possit ad rectam viam deducere, vt faciat quod decet, & expedit; poterit prudens vxor domi suæ id facere, quod vir, si ratione duceretur, velle, & facere deberet.

§. II. *Quanti hæc subiectio referat.*

HVir subiectionis necessitas constabit magis ex *incommodis*, quæ ex eius defectu oriuntur, siquidem concordia & *charitas*, quam status coniugalis exigit, illo valde læditur. Propterea enim dixit *Ecclesiasticus*: *a mulier si primatum habeat, contraria est viro suo*: vsurpat enim sibi quod ad virum spectat, eidemque contradicit, seseque opponit in omnibus, quæ sibi non arident. Hoc autem sæpius euenit, quando vxor specialem aliquam *nobilitatis* aut *diuitiarum* præminentiam hadet, qua virum excellit. Hoc enim nomine vult imperium & authoritatem in omnibus habere; ideoque in omnibus se illi opponit, quæ non sunt suæ conditioni ac superbiæ conformia. Huius rei exemplum est in *b Michol filia Saul, quæ videns Regem Dauidem* virum suum *subsilientem atque saltantem coram Domino, despexit eum in corde suo*, imò & verbis eum irrisit, quod *se discooperuisset ac nudasset, quasi vnus de scurris*: cum enim filia esset superbi Regis *Saul*, hæreditate acceperat sui patris *superbiam*: ideoque pudebat illam, quod vir eius ita se humiliaret, ideoque illi aduersabatur. Sed non mansit temeritas eius impunita: nam statim subijcit scriptura: *Michol filia Saul non esse natum filium, vsq; in diem mortis suæ* non quòd illa sterilis esset, quæ ab alio viro *quinque* proles suscepisset; sed quòd noluerit Deus ex radice ad eò corrupta & deprauata, surculum manere in *Israël*, & familia ipsius *Dauid*: imò & priores illi filij, cruci affixi, vitam finierunt, in pœnam peccatorum Regis *Saul* eorum *Aui*. Sed maior adhuc fuit impijssimæ *Iezabelis* temeritas, quæ videns Regem *Achab* virum suum in cœstum, eò quòd noluisse *Naboth* ipsi vendere vineam suam, etiam

ipsum

1. Reg. 25.
18.
Expensa &
Elemosyna
moderata.

a Eccl. 25. 30

Mulieris
primatus re-
reprobatur.

b 1. Reg. 2.
15 20.

Michol ma-
ledicta.

c 3. Reg. 21
7. 10.

Iezabel
impia.

d. 4. Reg. 5.
33.

Nimius a-
mor uxori
periculosus.
c. 4. Esdr. 4.
14. 22.

Aelian. li. 7.
Vide Torres
li. 16. Philos.
mor. c. 4.
Semiramis
dis perfidia.

f. Eccl. 9. 2.

g. Cap. 25. 35

h. Ind. 14. 17.
c. 16. 18.
21.

ipium in animo despexit, & obiecit illi, quod non sciret tuam auctoritatem seruare, nec animum & pectus ad id haberet. Quare accepto eius annulo siue sigillo regio, scripsit eius nomine literas, quibus iubebat submitti duos falsos testes contra Naboth, et sic, lapidaretur & moreretur, ex quo vineam possideret Achab, quam Naboth vendere noluisse. Sed quid non audeat vxor superba & libera, si eò perueniat, vt supra virum obtineat primatum, ita vt annulum eius regium auferat, vt eo tanquam Regina & domina absoluta vtatur; quod enim Rex vir eius ausus non est facere, ne iustitiæ leges transgrediretur; illa nullam earum rationem ducens, illud fecit, fidei & adiuuentis falsis delictis, & transgressis omnibus iustitiæ & charitatis legibus, vt sui voti compos euaderet. Sed graui pœna suam luit temeritatem, nam cum mortuo Achab marito suo, Iehu in eius regnum successisset, & ipsa in deprauatis suis moribus perseveras, ausa esset superbe eum reprehendere; iussit is d. precipitari eam per fenestram deorsum: cuius carnes comederunt canes. Discant igitur vxores ex his exemplis in ea subiectione viuere, quam ipsarum exigit status alioquin, quoniam Deus superbos, seque exaltantes humiliat: nisi ipsæ velint subiectæ viuere, humiliabuntur ab ipso Deo.

Hæc eadem exigua vxorum subiectio oritur etiam aliquando ex nimio amore, quo ipsi viri eas prosequuntur: inde enim sumunt illæ occasionem temerè agendi, ipsisque viris imperandi. Hinc enim ortum habuit sapientis illius sententia, qui apud Esdram dixit: e mulierem esse fortio rem ac potentio rem Regibus, & omnibus hominibus: nam ipsi præ amore fiunt effeminati; seque mulieribus subiiciunt: quæ propterea tanquam dominæ eis imperant. Cuius rei sufficientem fidem facit, quod referunt de Semiramide, cuius amore adeò vir eius Rex Assyriorum fuit captus, vt illa facultatem ab eò obtineret fungendi per quinque dies officio Regis in omnibus eius prouincijs: quam ille ita absolutam vxori concessit, vt omnibus sibi subditis sub pœna vitæ imperaret, eidem obedire, & exequi quidquid illa iuberet. Primum autem mandauit illa amputari caput eiusdem Regis viri sui, vt sola regnaret: quod re ipsa euenit: quia permisit Deus, maritum luere pœnam inordinato suo amore promeritam, quo voluit propriæ vxori se subijcere. Quamobrem dixit Ecclesiasticus: f non des mulieri potestatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtutem tuam, & vtens potestate, quam tu in eam habere deberes, tu confundaris in conspectu inimicorum. Et quamuis importunè huiusmodi potestatem à te obtinere contendat, ne acquiescas ei: super caput enim tuum pluet quidquid imperij ei dederis. Cogita quàm deceptus & confusus fuerit Samson, quod suo vxori nimium fiderit, siquidem h statim ab eo fortitudo discessit, & ita Philisthai eum apprehenderunt, oculos eruerunt, & clausum in carcere molere fecerunt; & ita fuit hostibus suis risui & contemptui. Memento

legis

legis, quam Deus in Deuteronomio tulit *in non induatur mulier veste virili, nec vir utetur veste feminea: abominabilis enim apud Deum est qui facit haec*, quanto igitur magis abominabilis erit vir, qui mores induat feminatos, subiciens sese vxori suae in omnibus, quae illa dicit, & quod vxor accipiat auctoritatem viri, sibiq; vsurpet quod ad illum pertinet: si enim displicet Deo exterius indumentum, quod non competit personae viri aut feminae: quanto magis displicebit habitus & vestis interior, quae illis aduersatur: induat se igitur vir auctoritate & fortitudine sibi tanquam capiti vxoris suae conueniente; vxor autem induat se subiectione & obedientia, quae sibi tanquam subditae competit: quauis eod quod ex seipsa imbecillior & imperfectior sit, possit ac debeat se ipsam excitare & animare ad viri fortitudinem & magnanimitatem imitandam, vt sic mulier virilis euadat, eum in modum quo scriptura narrat de matre septem Martyrum Machabaeorum, quod *in repleta sapientia feminea cogitationi masculinum animum insereret*, vt non minus robustu pectus, & infractum animum ostenderet, quam vir potuisset. Ad idem applicari licet quod Adam dixit de Heua: *hac vocabitur VIRAGO, quia de viro sumpta est*: quasi dixerit: eius finem esse debere, seipsam animare ad imitandum virum, ex quo fuit formata: & quamuis sexu esset mulier, virtute tamen & magnanimitate sit tanquam vir, idque sibi honori & gloriae tribuat: ita tamen vt intra suos limites se contineat, nec a pede, vt dicitur, ad manum ascendat, velisque aduersus virum sese erigere: quemadmodum etiam vir ipse seruare debet auctoritatem suam, & erubescere, si nomen accipiat mulieris, a quo vir *muliebris* dicatur, eod quod subijciat sese ei, quam sibi subditam habere debuit. Hoc ipsum insinuare voluit mystica illa nominaum Abram & Sarai mutatio, quam fecit Deus, postquam dixit ipsi: Abram: *ambula coram me & esto perfectus*: adiecit enim DEVS duos characteres nomini viri, abstulit vero vnum nomini mulieris: vir enim prius appellabatur Abram, significans patrem excelsum, voluit autem eum vocari Abraham, quod significat patrem multarum gentium: hac ratione insinuans in sensu mystico, quod virorum status magnae esset auctoritatis: vt scilicet patres essent & magistri multorum aliorum, propriaq; perfectione, aliorum etiam perfectionem adiuuarent: nomini autem vxoris quae prius Sarai appellabatur, significatq; principem siue Dominam meam, abstulit vltimam literam, iubens Abrahamum eam in posterum non Sarai vocare, sed Saram, quod significat Principem siue Dominam absolute: non meam: quamuis enim praecipuus finis mutationis huius vocabuli esset ad significandum, quod illa esset futura princeps ac domina non solum vnus familiae, sed plurimarum, idq; eum magna excellentia; nihilominus tamen eadem mutatio facta est ad insinuandum, eum, qui perfectus est coniunx, non debere vxorem suam ordinariè

i Dent. 22.5.

Viro auctoritas Mulieri debetur subiectio.

12. Mach. 7. 11.

Gen. 2. 23.

Mulier fortis, vir non sit muliebris.

Gen. 7. 2. 5. 15.

Vir vxorem grauitate regat.

compellare nominibus valde teneris, & affectuosis, & iunioribus; blanditiis & amorem significantibus, quem vox illa MEA secum adfert; sed quæ significant auctoritatem & gravitatem ipsi viro consonam, ut vxor in humilitate & subiectione conseruetur: & intelligat, perfectionem suam non in eo consistere, ut puncta sibi & honoris titulos addat; sed potius, ut eos remoueat, neque in quærenda super virum suum aliqua præ eminentia, sed in dimittenda potius, ut vir eam obrineat: iequens magni illius Baptistæ sententiam: *in illum oportet crescere, me autem minui*: neque enim propterea illa abiectionior erit, sed potius honoratior & gloriosior, viri enim gloria, est gloria vxoris; sicut etiam huius gloria, est mariti; ut ex ijs, quæ in proximo capite dicentur, apparebit.

Vxor mari
70 honorem
sedat.
in ioh. 3.
30.

CAPVT VIII.

DEI PROVIDENTIA CIRCA CONIUGES IN DAN-
da eis prole: & ratio eam educandi, ut bona illa &
perfecta euadat.



VM primarius matrimonij finis sit *prolem* procreare, quæ terram impleat, sintq; filij Ecclesiæ in ea militantis, & postea etiam triumphantis: idèd in huiusmodi prolis generatione multis vijs, & sæpè occultissimis elucet prouidentia DEI, neque exiguum est profundæ ipsius prouidentia indicium, quòd quibusdam coniugibus *multos* filios, alijs *paucos*, alijs *nullum* concedat. Et in eo quòd, dum aliquos dat, *statim* eos aufert; alios verò in *multos* annos superstites relinquit. Constat DEVM in antiqua lege Hebræis tanquam præmium bene institutæ vitæ promississe: *a non fore infœcundam, nec sterilem vtriusque sexus in terra eorum*. Et pro magno DEI in virum iustum studio extollit Dauid: *c vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tua*, dulcibus copiosisq; benedictionum fructibus referta, *fili tui sicut nouella oliuarum incircutis mensurae*. Aliunde tamen constat: quamuis Abraham & Isaac essent DEO familiarissimi, eorum tamen vxores longo tempore fuisse *steriles*, magnumque fauorem DEVM exhibuisse Abrahamo, cum voluit eum *habere filium Isaac ex Sara*. Et ipsum Isaac *orationibus* suis (ut Sanctus Gregorius perpendit) impetrasse executionem promissionis, quam DEVS de successoribus fecerat, remouens *Rebecca* vxoris ipsius sterilitatem: similiter *f Anna Samuelis mater* importunis precibus & orationibus impetrauit à DEO *filios*.

a Exod. 23.
26.
b Dent. 7.
14. 6.
c Psa. 127. 3.
d Gen. 18. 10
e Et 1. 25. 21.
f 1. Reg. 1. 10.
20. & 6. 2. 21

Et de

Et de Ruth nostra, quæ nupsit Booz iam seni, dicit sacer textus: *g dedit illi Dominus, ut conciperet, & pareret filium*, in præmium scilicet multo: *ũ bonorum* quæ fecerat. Ex quibus apparet prolem & filios esse donum Dei, qui (quemadmodum sancta illa Machabæorum mater filiis suis dixit) *h spiritum & animam, & vitam donat, & singulorum membra compingit, hominisq; natiuitatem format, & felices largitur partus: & aliquando in pœnam peccatorum negat Coniugibus successionem, vt constat ex Michol, quæ ob suam superbiam i non habuit filium* ex Dauid. Non itaque aliquo casu, sed à *diuina providentia* prouenit, vt qui sunt matrimonio iuncti, prolem habeant, vel non habeant. Et hoc solum sufficere deberet coniugatis, vt sorte, quæ illis in hoc negotio contingit, contenti sint & peccati; nec multũ tristentur ex eo, quod prolem non habeant, cum Deus ad ipsorum bonum rem ita direxerit: forte enim si prolem habuissent, maiora damna corporis & spiritus, temporalia & æterna incurrisse: quod verò ea careant, occasio sit illis largiendi suas facultates in *elemosynas* pauperum; seque occupandi in alijs Sanctis gloriofisq; operibus. Sed neque habentes plures filios tritari multum debet, quod videant se esse pauperes, quia eis prospicere non tam ad ipsos parentes spectat, quàm ad Deum, qui illos largitur, & pater est ac protector & prospector vniuersalis omnium.

§. *Moderatus in filios amor.*

EX hoc fundamento debent parentes deducere, quòd debeant *moderatum* & Christianum ad filios suos amorem habere: ne Deus excessum amoris puniat, illos subrahendo: siquidem in omnibus illi dependent à *providentia diuina*, à qua omnium esse, & conseruatio dependet: & quicumque ingratus est, nec ita donum accipit, vt debet (quia potius ex ipso dono, quam ex eius largitore lætatur) dignum se facit, qui ipso dono priuetur. Et hæc inter alias causa fuit, cur Deus in antiqua lege statuerit, *a sanctificari sibi omne primogenitum tam de hominibus, quam de iumentis*; quasi voluerit, offerri sibi *primum* fructum, quem ab ipsius manu homines accepissent, in signum animigrati, & acceptum ab eo beneficium agnoscentis: quamobrem plures postea illis dabat, & quæ erant steriles, sicut b *Anna Samuelis mater*, obstrangebant se *voto dedicandi seruitio DEI filium*, quem ab eo accepissent, vt sic Deum ipsum permouerent ad orationem, quam fundebant, exaudiendam. Interdum etiam ipsemet Deus filium sibi offerri ac dedicari petebat, quem parentibus dabat, sicut c *Angelus monuit matrem Samsonis*, & alius Angelus d *Zachariam patrem sancti Ioannis Baptista*. Quæ omnia eò tendebat, vt parentes intelligerent, se non debere filios suos sui ipsorum causa, sibi que ipsis præcipue diligere sed ipsi Deo, qui illos largiebatur. Darentq; operam, ne eorum amore & causa diuino amori, legisque eius obseruationi de-

g Ruth 4. 15.
Proles do-
num Dei.
h2. Mach. 7
22.

i 2. Reg. 6.
23.

Deus steriles
solatur &
pauperes
alio.

Proles mo-
derate dili-
genda.

a Exod. 13. 2
Primogeni-
ta Deo de-
bentur.

b 1. Reg. 1. 11.

c Iudic. 13. 5
d Luc. 1. 5.

ei. Reg. 6. 11.

Proles post
Deum a-
manda.Filiorum
abrenunti-
atio.f. Gen. 22. 1.
22.Iob i resigna-
tio.

g. Iob. 1. 21.

essent, aut status sui obligationes negligere; sed cor suum ab omni inordinato nimioque affectu expurgarent, contenti amore moderato iuxta rationis regulas, & intra eius limites. Et quemadmodum e vacca, qua vebebant arcam Domini, in directum ibant, pergentes & mugientes ob inclusos earum vitulos domi; nec declinabant ad dexteram, neque ad sinistram, sed gradiebantur itinere vno per viam qua ducebat Bethasames: ita parentes Christiani, licet naturalem filiorum amorem negare & praterire non possint, eorum tamen causa deferere non debent Iesum Christum D. N. sed in animis & corporibus ipsum portare, & omnia exequi, quae ad ipsius obsequium spectant: non declinantes a recta via, neque in prosperis neque in aduersis; optantes peruenire in Bethasames, quod significat domum Solis, ut ipsorum conuersatio sit in caelis cum ipso iustitiae sole, a quo omne eorum auxilium, remediumque dependet.

SED ut hanc amoris moderationem magis distincte & in particulari proponamus, debet primum elucere in perfecta resignatione, & propriae voluntatis cum diuina conformitate, quoad filiorum sanitatem & vitam: ita ut, quod ad ipsos attinet, dispositi & parati sint, eisdem carere, quandoque Deus ita constituerit. Meminerint probationis illius, quam ipse Deus accepit obedientiae & fidelitatis serui sui f. Abraham, cum iussit offerri sibi in holocaustum filium eius unigenitum, quem diligebat Isaac: fuitque DEO adeo grata animi promptitudo, qua decreuit Abraham facere, quod iubebatur, ut DEUS, eam sibi satis esse statuens, non permiserit filium occidere; sed dixerit: non extendas manum tuam super puerum, nec facias illi quicquam: nunc cognoui quod timeas Dominum, & non pepercisti unigenito tuo filio propter me. Cum igitur parentes filios suos vident aegrotare, & ad portas mortis peruenire; agnoscant eam esse DEI probationem, qua iubet, eos sibi sacrificari; non quidem eos occidendo (id enim nec licitum est, nec DEUS ipse nunc exigit) sed offerendo se, quod in ipsis est, ad amplectendam diuinam dispositionem, & eisdem carendum, si DEO placuerit, eos ad se accipere. Hac enim adeo prompta voluntate, & conformitate cum diuina, ostendunt se plus DEVM quam filios amare. Quod si eos superesse expediat, DEVM eos relicturum, contentum sacrificio cordis, quo eos offerre voluerunt. Nec tamen propterea prohibentur sentire, & naturalē sensum de eorum periculo tenere: ac proinde possunt, & orationes, & alias diligentias adhibere ad filios ab imminenti periculo liberandos: ita tamen, ut si omnibus his adhibitis, Deus eos ad se acceperit, seruent ipsi patientiam, sicut S. Iob: qui etsi videret, vno ictu ablato sibi septē filios & tres filias; magna tamen animi resignatione dixit: g. Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit ita factum est, sit nomen Domini benedictum. Quamuis enim filiorum mors Diaboli arte & industria euenerit, qui totam domum, in qua illi erant, deiecit;

agno-

agnouit tamen ipse in ea Dei promissione supremam eius prouidentiam, cui propriam voluntatem subiecit, & conformauit. Nec malè illi cessit talis resignatio, quam ipse Dominus totidem filijs ac filiabus ei redditis remunerauit. Nec fuit valdè dissimilis Dauidis Regis casus, cùm Nathan Propheta illi dixisset: *h filius qui natus est tibi ex Bethsabee morte morietur. Nā cū paruulum videret ægrotantem, deprecatus est Dominum pro eo: & ieiunauit ieiunio, & ingressus seorsum iacuit super terram, septem diebus; cum autem intellexisset mortuū esse puerum, surrexit de terra, & lotus, unctusq; est: cumq; mutasset vestes, ingressus est domum Domini: & adorauit, amplectens voluntatem diuinam, cui statim Deus alterum dedit filium Salomonē, ex eadem Bethsabee, qui ei successit in regno. In eo quodd primū fecit, ieiunando & orando, paternum ostendit affectum; in altero verò, quodd adorauit in templo, ostendit se fidelem Dei seruum, quem præ filio diligebat.*

§. II. Parentum cura erga filios.

HVI c resignationi coniungi debet firma voluntas ac decretum faciendi cum filijs quidquid Deus iubet, ita vt nimius erga eos amor causa non sit alicuius defectus in ijs, quæ Deus vult. In hoc enim sensu dixit Christus D. *a qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus, & iterum: b si quis non odit filios suos non potest meus esse discipulus.* Hoc autem odium non aliud est, quàm sanctus & ordinatus quidam amor, Dei amori subiectus, quo (vt Apostolus ait) *c educantur filii in disciplina & correptione Domini*: hoc est docentur bonum, quod facere tenentur; & malum, quod fugere debent; retrahuntur à malis socijs, & peccandi occasionibus; reprehenduntur vitia, & puniuntur defectus, ac peccata: ne in eadem relabantur. Et parentes, qui ob nimium amorem, indulgentiam, aut incuriam hæc non faciunt: censentur filios plus amare quàm ipsum Deum. cùm tamen reuera non ament, sed oderint: siquidem dum eis bonum corporis, quod minus est, fauere volunt: non attendunt ad bonum animæ, quod est maius. Ideoque & parentes & filij vtrorumq; bonorum iacturam faciunt, puniente Deo filios ob vitia, quæ parens non puniuit; & ipsum parentem, eò quodd filios non puniuerit: vt constat ex improuisa & infælici morte summi Sacerdotis Heli, duorumq; eius filiorum, eò quodd parens tepidior fuerit in eis corrigendis: & vt Scriptura loquitur, *d magis honorauit filios suos, quam Deum.* Siquidem ne filios, qui grauissimè Deum offendebant, grauùs increparet voluit; potiùs eorum culpam, Deiq; offensionem dissimulare: quam obrem dixit Salomon: *e qui parcit virga, odit filium; & qui eum diligit insisteret erudit: quasi diceret: qui ad eò filium suum diligit, vt etiam si videat, castigatione opus esse, eum tamen non castiget: vere ipsum odit re ipsa. subtrahit enim ipsi,*

h 2. Reg. 12.
14.

Dauid pa-
ter & ser-
uus fidelis.

Odium fi-
liorum san-
ctum.

a Mat. 10. 37
b Luc. 14.
26.
c Eph 6. 4.

Heli indul-
gentia v-
trisque
noxia.

d 1. Reg. 2.
29. 34. &c.
4 17.
e Pro. 13 24.

Cap. 23. 13.

Puniendi
filij peccan-
tes.Apud Ians.
in 23. c. Pro
S. Greg. l. 4.
Dial. 9. 18.I.
g Ecc. 7. 25.Pueri sensu-
bus regun-
tur.

h Ecc. 30. 1. 8.

A teneris
stodendi.

Tom. 1.

Tract. 1. c. 8.

i Tren. 3. 27.

2.

k Ecc. 7. 26.

Filia re-
gantur i-
more.

quod maxime esset utile. & in alio loco snoli, inquit *subtrahere a puero disci-
plinam, si enim eum percusseris virga, non morietur. Tu virga percutes eum, & a-
nimam eius de inferno liberabis.* Punitio itaque eum ab animæ morte liberabit
& sæpè etiam à corporis morte, in quam incidunt aliquando filij, eò quod
non fuerint à parentibus castigati, qualis ille, què in mater valdè indulgen-
ter educavit, & cùm ultimo supplicio ob sua delicta afficeretur, dixit: *non me
Iudex, sed mater mea ex patibulo suspendit.* Sed flebilis magis ac dolendus fuit
cuiusdam alterius pueri *quinguenis* casus, qui consueverat Dei maiestatem
blasphemare: & cùm agrotans in paternis vlnis pro more blasphemaret,
nec à parente corripere, dæmones illum ex parentis vlnis arripuerunt,
vt blasphemiam in Creatorem vlciscerentur: quod crudelis parens, ex falsa
in filium pietate, non fecerat, eum puniendo.

Dvo alià documenta magni momenti ad præfens institutum tradit Ec-
clesiasticus: alterum in *filiorum*, alterum in *filiarum* bona educatione. Pri-
mum ita habet: *g filii tibi sunt: erudi illos, & curua illos à pueritia illorum*, quia
enim ignari nascuntur, opus habent edoceri & instrui in omnibus, què tan-
quam boni ciues bonique Christiani facere debent. Et quoniam vt pluri-
mum pueri parum afficiuntur ad discendum, & ad exercitia virtutis, ob re-
bellionem carni in ea ætatura connaturalem contra ipsam rationem, neces-
se est inclinationem illam deprauatam curuare, & aliqua inflicta pœna co-
ercere; sic enim expelletur ex corde ignorantia, & inordinata illa natura
propensio & inclinatio. Sed inchoandū tamen ab ipsa infantia, quando plā-
tulæ sunt teneræ, & instar ceræ mollis ad bonas figuras suscipiendas: nam si
expectes donec indurescant nō poteris postea flectere, & curuare. Pater, in-
quit Ecclesiasticus, *h qui diligit filium suum, absiduat illi flagella, vt latetur in no-
uissimo suo, & Equus indomitus euadit durus, & filius remissus euadet praeceps: La-
cta filium, & pauentem te faciet: lude cum eo, & contristabit te. Non corrideas illi: ne
doleas, & in nouissimo obstupescant dentes tui. Non des illi potestatem in iuuentu-
te, & ne despicias cogitatus illius. Curua ceruicem eius in iuuentute, & tunde latera
eius dum infans est: ne forte induret, & non credat tibi, & erit tibi dolor anime.*
Multas alias rationes nunc omitto, quæ positæ fuerunt in primo Tomo, ad
ostendendum quanti oranium referat, assuescere i portare *ingum* ab adole-
scentia sua, & à teneris, vt dicitur, vnguiculis. Addit Ecclesiasticus alte-
rum documentum circa educationem filiarum: *k filie, inquit, tibi sunt:
serua corpus illarum, & nō ostendas hilarem faciem tuā ad illas.* Filie enim melius
freno timoris continentur, quàm amoris: & cautiore redduntur, cùm pa-
rentum vultum seuerum cernunt quàm cùm blandum. Nominatim autem
hoc expressit & commendauit Sapiens, vt ipsi parentes discerent, quanta
puritate debeant filias suas educare: remouendo scilicet illas ab omni occa-
sione

sione, affectum aliquem minus ordinatum concipiendi erga homines: propterea enim ait, ne illi hilarem faciem eis ostendat, & iucundam: ne forte si erga ipsos parentes ob illiam faciei iucunditatem multum afficiantur, occasionem inde accipiant labendi in amorem inordinatum alicuius alterius hominis.

Sed in his omnibus necesse est, parentes *mediocritatem* adhibere discretionis, ne, si ad alterum odij, aut nimiae severitatis & asperitatis extremum declinet, filios reprehendentes & punientes, non tam ex amore & zelo boni illorum, quam quod se ipsos patiantur à propria ira & effrenata cholera passione trahi: deteriores potius euadant, quam emendentur: & propterea parentes monet Apostolus: *! nolite ad iracundiam in & indignationem provocare filios vestros: in ut non pusillo animo fiant.* Quasi dixerit: ne aded aspero ac seuerè cum illis agatis, ut animo deficient; & etiam in bono vobis pœnæ potius timore quam amore virtutis obediant: nec malo vestro exemplo occasionem illis præbeat, ut & ipsi irascantur, & in cholera contra vos ipsos, exigua cum reuerentia & respectu conuertantur. Mementote etiam vos fuisse filios: ut ira illos tractetis, sicut à vestris parentibus tractari cupiebatis: & sic à vobis discant modum, quo suo tempore debeant cum filijs suis agere: coniungentes grauitatem cum mansuetudine; & pœnæ zelum cum veræ emendationis amore. Hoc ipsum confirmatur documento & regula à S. Augustino coniugibus circa fructum siue prolem, quam Deus illis dederit, proposita. *In prole,* inquit, *ut amanter suscipiatur, benigne nutriatur, religiose educatur.* Quod fuit dicere: cum Deus dat illis prolem, accipiant eam bono & grato animo; non primam tantum, sed & secundam, & omnes quas dederit, nec solum filios, sed etiam *filias*: siquidem Deus est, qui ita distribuit. Deinde, quos acceperunt, benigne nutriant: præbentes eis liberaliter, quæcunque opus habent; quo ad cibum, vestitum, & reliqua omnia. Ne, si quid ex necessariis illis desit, occasionem accipiant, mala via illud querendi, & sic sensim prauos induant mores. Sed præ omnibus rebus eos religiose educant, docentes & instruentes eos in rebus omnibus quæ ad religionem Christianam pertinent, & ad quatuor hæc capita reuocantur.

PRIMUM continet præcipua fidei mysteria, quæ debent *credere*: ut ab ipsa infantia bene intelligant, quis Deus sit, & Christus Dominus N. & seruo incipiant amare, timere, ac reuereri Creatorem, ac redemptorem suum; eique, ut par est, seruire. *Secundum* continet omnia mandata, quæ *seruare* debent: ut ab ipsa infantia discant odisse vitia, & amare ac exercere virtutes, iuxta præscriptum legis: propositis simul ob oculos, pœnis & supplicijs improborum; bonorum verò coronis & præmijs. *Tertium* continet *sacrificia*, quibus interesse; & *Sacramenta*, quæ suscipere debeant: allicien-

Mediocritas
adhibenda.

Eph 6. 4.
in Col. 3. 21

Vitanda
asperitas.

L 9 de Gen.
ad lit. 6. 7.

4. pueris
ir adenda.

1.
Credenda.

2.
Seruanda.

3.
Sacramen-
ta.

4.
Orationes.

in Dan. 13,
refert S.
Hier. ibi.

Ratio à fi-
lis exigen-
da.

in Iob. 1. 5.

Iobi vigi-
lantia.

Ser. de opera
& Eleemos.

Solida vir-
tus quaten-
da.

tes eos ad Sacrum *Missa* audiendum; & suis temporibus peccata sua *confi-
tenda*; vt à peccatis purificentur; & sanctissimum *Eucharistia* Sacramen-
tum frequenter, pro ratione suæ ætatis suscipiendum. *Quartum* continet
orationes, quas fundere debent ad Deum D. N. ad sanctissimam Virginem
eius matrem, ad custodem Angelum, & reliquos Sanctos: stimulando illos
& illiciendo ad hæc exercitia, ad conciones audiendas, pios libros legen-
dos: & ad reliqua, quæ sunt perfectorum Christianorum. Ad hoc proposi-
tum præclare perpendit Origines, quod scriptura diuina dicit de castissi-
mæ Susannæ parentibus: quod *in cum essent iusti, erudissent filiam suam secun-
dum legem Moysi*; ex quo prouenit, vt illa adeo esset timens Deum, vt potius
mori elegerit, quam consentire peccato. vt ex hoc discat parentes, plurimū
referre, quod filios, & filias suas doceant legem Dei, & ad eius obseruati-
onem illos alliciant, & exhortentur: vt si quādo peccandi occasiones occurrāt,
à lege Dei non recedant. Sed vltius adhuc debet progredi parentum cu-
ra ac diligentia in exigenda frequenter ratione à filiis de eiuſdem legis ob-
seruatione: vt si quid contra eam acciderit, facilius reparetur. Sic enim imi-
tabuntur zelum S. Iobi, cuius septem filij & tres filiæ valde fraternè ac be-
neuolè singulis septimanis se inuicem inuitabant: ipse verò pater in fine
septimanæ, *cum in orbem transissent dies conuiuii, mittebat ad eos, & sanctifica-
bat eos: consurgensque diluculo offerebat holocausta per singulos*, omnes itaque il-
los, & ipse ad se conuocabat, vt spirituale conuiuium in die suo illis exhiberet.
Pridie enim ad vesperam illos sanctificabat, purificabat, ac ad Festum
bonis documentis, consilijs, & illius temporis ceremonijs disponebat. Mox
verò manè sequentis diei offerebat pro omnibus *holocaustum*, excellen-
tissimum scilicet sacrificium, in quo totum animal consumebatur, in testi-
monium supremæ Creatoris excellentiæ: vt filij Creatorem suum obla-
tione illa honorarent. Et S. Cyprianus perpendit, quod illa holocausta es-
sent *multa*: pro singulis scilicet filijs vnum, quod insinuat translatio septua-
ginta Interpretum, quæ habet: *offerebat holocausta secundum numerū eorum*, vt
ita Sanctus vir ostenderet: etiamsi filij essent multi, se non propterea curam
deponere singulorum, atque si solus vnus fuisset. Cuius tantæ sollicitudinis
causa erat, quod cogitaret, ac diceret intra se: *ne forte peccauerint filii mei, &
benedixerim Deo in cordibus suis*, quasi diceret; etiamsi nihil mali exterius ad-
uerterim in filijs meis: forte tamen aliquid est, quod me latet: aut forte
peccatum aliquod interius, cogitationis, aut negligentæ, & inertię habue-
runt. Quare expedit, vt se purificent, Deoque reconcilientur, & sacrificio
eum placent. Nam tanquam bonus, & pius pater non satis sibi existimabat,
quod filij externam & politicam virtutem exercerent; sed optabat *interi-
orem* quoque cordis habere, quæ vera & solida est, radixque exterioris

Addit-

Additque Scriptura; sic faciebat Iob cunctis diebus, nihil scilicet remittens de sua sollicitudine. Quod filijs adeo fuit utile, ut cum omnes eodem die repente sint mortui ex ruina totius domus super se credendum sit, omnes esse saluatos, eo quod in bono statu beneque dispositos mors oppresserit, ob diligentiam, quam S. Pater ad eos sanctificandos, ita frequenter adhibebat. Bonumque huius rei signum est, quod prouidentia diuina eo die eos obire constituerit, quo conuiuium celebrabatur in domo filij primogeniti, qui conuiuijs reliquorum initium dabat, primo die post ipsa sacrificia, quo & fructus, & pietas ipsorum adhuc erat in eis recens. Hoc itaque exemplum S. Iob merito sequentur parentes in Christiana filiorum suorum educatione Satanæ, sed Dei filij sint per eius gratiam; perueniantque ad eius gloriæ hereditatem.

Mors parvulorum in uenerari.

DENIQUE ad hæc omnia summum adfert momentum, bonum parentum exemplum: quorum vita, ut ait Plutarchus, speculum quoddam esse debet, in quo filij videant quomodo vitia sint ipsis fugienda, virtus verò amplectenda. Nam si parens senex sit vitiosus, vitiaque sectetur: non erit mirum, si iuuenis filius patrem imitetur: quia honori sibi ducet, similem esse parenti, sit igitur talis parens, ut honorem acquirat filius ex eius imitatione.

Parentes exemplo sint sibi.

CAPVT IX.

PROGRESSVS FIT IN EODEM ARGUMENTO,
adductis aliquot documentis ad bonam filiorum educationem,
& nominatim constitutis pijs ac peritis
Pedagogis & Magistris.



VÆ in proximo capite dicta sunt, hic prosequemur, ampliusque declarabimus cum S. Chrylost. adducto exemplo a matris filiorum Zebedæi petentis a Christo D. N. ut unus eorum sederet ad manum eius dextram, alter vero ad sinistram in eius regno: desiderans, ut pia mater, filijs suis, non temporales, & huius sæculi dignitates; sed spirituales & æternas. Quæ licet non sciret, quid peteret, quo ad titulum & motiuum, cui innitebatur, modumque petendi: affectu tamen ostendit, se multum distare ab alijs matribus, quæ (inquit) corpus natorum suorum amant, animam autem contemnunt: desiderant enim illos valere in sæculo isto, & non curant quid passuri sint in alio: alij diuitias filiis suis prouident, alii honores, & variæ dignitates: & nemo filiis suis prouidet DEVM in quo reliqua om-

Hom. 3.
imperf.
2 Mat. c. 20.

»
»
»

>> nia haberent, & sine quo nihil prodest, reliqua omnia habere. Perditionem
 >> illorum cum magno pretio comparant; & salutem nec dono accipere vo-
 >> lunt. Si viderint illos *pauperes*, tristantur, & suspirant; si autem viderint
 >> *peccantes*, nemo tristatur, sed rident; ut ostendant, quia corporum sunt
 >> parentes, non animarum. Nam licet verum, sit parentes solum eō currere
 >> ad corporum formationem: Deum verò solum animas creare: ac propterea
 b Heb. 12. 9. Apostolus illos appellat: b *Patres carnis nostrae, Deum vero patrem Spiritus*: hoc
 tamen inter patres mundi huius, & veros Christianos interest, quod illi
 ita corporum tantum sunt patres, ut attendant soli augmentationi & su-
 stentationi *corporali*, & terrenae suorum filiorum, atque si nulla alia vita
 illis superesset, quam hæc præsens & mortalis; nec animas haberent æternū
 victuras. At parentes verè *Christiani*, ita sunt corporum patres, ut suo
 modo etiam sint *animarum*: nam præter corporis nutrimentum attendunt
 etiam, & quidem multò diligentius in augmentum animæ, prospicientes
 c Gen. 3. 20. filijs suis non solum de ijs, quæ ad hanc vitam mortalem sunt necessaria;
 sed etiam quæ iuvent ad æternam animæ vitam. Et forte propterea Ada-
 mus post peccatū vocavit uxorem suam c. *Hevam*, id est, *matrem cunctorū vi-*
uentium: ut intelligeret, quod licet genitura esset filios, ob culpā mortuos
 deberet se præstare matrem, dando operam, ut illi verè reuiuiscerent per
 gratiam in virtute Messia, iam ipsis promissi. Et propter eandem causam
 d Gen. 12. 5. boni & pij parentes appellantur etiam in Scriptura *patres animarum*. ita e-
 nim dixit de Abram, d quod tulerit, cum exiret ex terra sua *uxorem suam, &*
Loth filium fratris sui, & animas quas fecerant in Haran: filios scilicet, quos quo
 ad corpus genuerant, & quo ad animam, benè docuerant & instruxerant:
 sic enim sunt *duplici* ratione patres secundum *carnem* scilicet, & secundum
 e Gen. 6. 3. *Spiritum*. Contrà verò de carnalibus, & huius mundi patribus dicitur: quod
 f Mat. 3. 7. non sint nisi carnis patres; & idèd in scriptura filij eorum appellatur e *CA-*
 g Luc. 3. 7. *RO*, in qua non possit *permanere Spiritus DEI*. Et S. Ioannes Baptista appellat
 tales *f progeniem g & genuina viperarum*: quia nascuntur ad spirituales pa-
 rentum suorum mortem, ob educationē prauam, quam ab eis acceperunt;
 & propriam etiam infelicem mortem. c d quod improbos genitorum suo-
 rum mores fuerint secuti. Quemadmodū etiam quadraginta duo illi pueri
 h 4. Reg. 2. improborum parentum filij, qui & ipsi improbi erant, h illi debāt *Eliseo Pro-*
 pheta, d: *ecce ies per contemptum: ascende calue, ascende calue, & egressi duo vrsi de*
sala lacerauerunt ex eis quadraginta duos pueros. Quod si causam quæramus,
 cur Deus non leones, aut tigrides, sed *ursos* miserit; iustitiæ suæ instru-
 menta & carnifices? licebit respondere, quod vrsi sint symbola bonorum parē-
 tum. Ipsa enim, femella est bis mater: primū enim, ut ait Aristoteles fru-
 ctum tantum informis carnis parit; quam lingens lingua ita perficit,

vt induat formam viuentis: & hinc oritur, quòd habeat ingentem naturalem amorem ad suos catulos, & summam ostendat feritatem, quando illi abstrahuntur. Quamobrem Deus (vt notat S. Hieron.) irâ suam in Hebræos comparat cum ira vrsæ dicens: *h: occurrâ eis quasi vrsa raptis catulis.* Voluit igitur Deus, vrsos esse instrumenta iustitiæ ad puniendos in filijs laceratis parentes, qui non fuerant has feras imitati in educandis, bonisq; moribus perficiendis filijs suis; sed satis sibi esse iudicantes, quod frustum informis carnis eis dederint, cum eos genuerunt: quare tanquam vrsa puniet ipsos parentes, filios suos malè educantes, impulsus vehementi desiderio ac zelo, quo tenetur, vt illi sint probi. Eandem differentiam inter bonos & improbos patres licet etiam declarare ex discrimine, quòd ipse Deus, cum Iob colloquens posuit inter *struthionem* & reliquas aues: hæ enim natura duce sua oua collocant in locis securis, eisq; incubât, proprioq; calore viuificant & pullos suos educunt ac alût, donec per se ipsos volare possint, & escas quærere: struthio tamen ad eò natura sua est insipiens & inepta, vt *dere- linquat oua sua in ipsa terra,* & cooperiens illa puluere ita relinquit, & *obliscitur, quod pes alicuius transeuntis conculcet ea, aut b: fia agri conterat. Du- ratur ad filios suos quasi non sint sui. Et frustra,* quod in se est, laborauit in deponendis ouis, cum nullo aliâs timore cogatur: sed sola naturali imprudentia, duritie, & obliuione mera. Hunc igitur in modum boni pijsque parentes prudentiam & amorem aliarum auium imitantur: nam cum filios genuerunt, student benè illos educare, alere, & à periculis omnibus corporis & animæ defendere, subeuntes magnos labores, vt probi illi euadant: nec deponunt hanc curâ & sollicitudinem, donec illos in aliquo statu collo- cent, in quo possint sui curâ habere: improbi autem parentes imprudentia laborant, & viscera struthionum dura induunt: nam cum illos genuerint permittunt manere in terra affectuû & morû terrenorû, contenti quòd eos arena & pulueribus bonorum temporalium ac periturorum cooperiât, im- memores boni animarum eorum: nec cogitantes aut rationem vllam du- centes, quod à secularium hominum pedibus conculcentur, aut quòd ab inferni bestijs, dæmonibus scilicet, deuorentur. Et quo ad eorum animam, ad eò sunt erga proprios filios duri, atque s: ad ipsos non pertinent: quia non æstimant illos suos, nisi secundum carnem, quasi non spectaret ad ipsos, curam aliquam eorum gerere, quæ pertinet ad Spiritum: Et hac ratione, quod in se est, laboris sui fructum amittunt, quia non as- quuntur finem & Sancti matrimonij scopum, benè scilicet filios educare: qui bonam postea Rempublicam constituent, ac demum cælum etiam im- pleant. Et quod adhuc auget eorum miseriam, est, quod hæc omnia negli- gant, nullo rationabili timore cogente eos aut opprimente; sed quòd à car-

h Ose. 13. 8.
Tren. 3. 10.

i Iob. 19. 16.

Struthionis
stupor.

k Thron. 4.
3.

nali tua & seculari inclinatione trahi se patientur, permittente Deo hanc in eis imprudentiam, cordisque duritiem in pœnam suorum peccatorum: iuxta illud Ieremia: *k Lamia & feræ nudauerunt mammam, lactauerunt catulos suos: filia autem populi mei crudelis, quasi struthio in deserto*: excellit enim feræ in crudelitate quam in proprios filios ostendit, qui euadunt etiam struthiones, sicut parentes eorum: nisi diuina prouidètia & misericordia struthionis suppleat obliuionem & incuriam; & uiuifico gratiæ suæ calore bonum & piura faciat filium ab improbo patre genitum.

§. I. Bona filiorum educatio S. Tobia exemplo ostenditur.

Tab. 19.

EXPLICEMVS adhuc magis hæc documenta præclaro S. Tobia exemplo, qui cum ad eum esset à iua iuuentute virtuti addictus, ut a cum esset iunior omnibus in tribu Nephtali, nihil tam puerile gesserit in opere, & cum uxorem duxisset, genuit ex ea filium, nomen suum imponens ei, ostendit suam sanctitatem eum educando, ac docendo ab infantia timere Deum, & abstinere ab omni peccato: cupiens ex tunc filium esse sanctum, sicut ipse talis esse contenderat; quare iam adultiori monita dedit & consilia altissimæ perfectionis, quibus debent parentes filios suos instruere, & educare. *Honorem* (inquit) *habebis matri tue omnibus diebus vitæ eius: memor enim esse debes, quæ & quanta pericula passa sit propter te in viro suo. Omnibus diebus vitæ tuæ in mente habeto Deum: & caue, ne aliquando peccato consentias, & prætermittas præcepta Domini Dei nostri. Ex substantia tua fac elemosynam, & noli auertere faciem tuam ab ullo paupere: ita enim fiet, ut nec a te auertatur facies Domini. Quo modo potueris, ita esto misericors: si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri stude. Præmium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis, quoniam elemosyna ab omni peccato, & a morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Fiducia magna erit coram summo Deo, elemosyna, omnibus facientibus eam. Attende tibi, fili mi, ab omni fornicatione: & præter uxorem tuam nunquam patiaris crimen scire. Superbiam nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas: in ipsa enim inuitum sumpsit omnis perditio. Quicumque tibi aliquid operatus fuerit, statim ei mercedem restitue, & merces mercenarii, cui apud te omnino non remaneat. Quod ab alio odere tibi fieri, vide ne tu aliquando alteri facias. Panem tuum cum esuriemibus & egenis comede, & de vestimentis tuis nudos tege. Panem tuum & vinum tuum super sepulturam iusti constitue, & noli ex eo manducare, & bibere & cum peccatoribus consilium semper a sapiente perquire. Omni tempore benedic Deum & pete ab eo, ut viastuas dirigat, & omnia consilia tua in ipso permanent. Noli timere fili mi: pauperem quidem vitam gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus Deum, & recesserimus ab omni peccato, & fecerimus bene. Hæc omnia Sanctus Tobias senior, quæ à virtutibus prodibant, quas in*

corde

corde suo, tanquam thesaurum magnum seruabat; easq; tanto spiritu ac zelo filio suo infixit, & impressit; vt parentibus simillimus euaserit, & in eisdem quasi compendio tota Christiana perfectio, & quidquid lex diuina iubet, & quod in Euangelica lege maxime excellens, & heroicum est, continetur; & eadem ratione boni parentes tales filios, procreabunt, & educabunt, vt, (quemadmodum ait Sapiens) *b quando moritur Pater, sit quasi nō esset mortuus: similem enim reliquit sibi: filium post se, in cuius gestis perpetua manebit memoria etiam gestorū patris.*

VT hæc monita executioni mandentur, studere debent parentes, vt filij etiam paruuli semper habeant, in quo benè occupentur, iuxta ætatem & capacitatem suam: nunquā permittentes, eos *otiosi*. In omni enim ætate vera est sententia Sapientis, dicentis: *c multam malitiam docuit otiositas*; & aliunde bona occupatio est ratio, & via commoda ad reddendum hominem sanctum, prudentem & sapientem. Et quoniam ordo in rebus faciliores reddit iuuenum occupationes, expedit eas distribuere in certas dici partes: Ita vt vnā partem tribuant addiscendis, & exercendis rebus ad statum Christiani hominis pertinentibus, quæ sunt *quatuor* superius posita: assignando illis tempus, in quo orent, & Sacro Mistræ interfint, & interdum eisdem secum deducendo, eisq; assistendo: parentum enim præsentia multum fouet, animatq; filios, vt iucunde, suauiterq; faciant, quod vident illos facere. In eum enim sic scriptū est: *d Christum Dominum Nostrum, cum puer esset, consueuisse cum suis parentibus ascendere Ierosolymam.* Et superius retulimus de Patriarcha Iacob, quod suos domesticos exhortatus fuerit, vt secum ascenderent in Bethel, hoc est in domum Dei ad offerendum sacrificium. Alteram temporis partem expendere debent in addiscendis, exercendisq; rebus in *Republica* necessarijs, ad bonam communicationem, mutuūq; commercium, quæ difficile nisi in tenera ætate addiscuntur; qualia sunt legere, scribere, ars arithmetica, & humaniores alia literæ, aut liberales artes, iuxta cuiusque inclinationem & capacitatem, & iuxta statum & officium, ad quod illos parentes dirigunt. Sicut de Moysē scriptum est: *e quod fuerit eruanus omni sapientia e Agyptiorum: cum enim f filia regis Pharaonis illū sibi adoptasset in locum filij, illa (ait Caietanus) curauit, eum scientijs illis instrui.* Et *g Daniel* eiusque socii à tenera ætate *Chaldaorum literas didicerunt*; vt agere possent cum ipsis Chaldæis. Expedit tamen, parentes obseruare *propensionēs & talenta* puerorum, quod scilicet illa inclinent; ac dotes, & facultates, quæ in illis apparent, ad ea exercitia, quæ desiderant. Hæc enim vt supra est dictum iudicia sunt vocationis & electionis Dei, cui par est cooperari, eod quod a delectabilius, ac diuturnius & solidius sit, quod pueri, bonam suam propensionem gustumq; sequentes, faciunt.

b Eccl. 30. 4.

Orj fuga.

c Eccl. 33. 26
Ordo diet.

Pietas.

d Luc. 2. 24
Trañ. 3. c. 5.
52.

Litera.

e AB. 7. 22
f Exo. 2. 10.

g Dan. 1. 4.

Propensio &
talenta spo
standa.

TER TIA temporis pars permittenda illis est relaxationi ac recreationi corporis, ut ætatis eorum imbecillitati condescendatur, quæ non potest durare ac pergere absque aliquibus solatiolis, puerorum ingenijs accommodatis: cauendum tamen, ne illa praua sint, & peccandi occasionem habeant: imò & talia, quæ cum ipsa tenera ætate finem accipiant aut, si diutius duratura sint, id fiat absque incommodo & indecentia. Valde enim periculolum esset, puerulum occupari, aut affici ad *lulum* aliquæ, qui ad ulteriori esset pernitiosus. Attendendum quoque diligenter, est cuiusnam puerorum generi in huiusmodi lusbibus coniungantur, ne tales sint, qui videantur esse prauis ingenij, & ad malum propensi: sicut refert scriptura sacra de h Sara, quod cum vidisset *Ismaelem filium Ager Egyptia ludentem cum Isaac filio suo*, omne mouit lapidem, ut & Agar & Ismael filius eius ab Isaac separarentur, eò quod obseruasset, (ut ait S. Hieronymus) *lulum Ismaelis fuisse, fingere quædam idolula, aut ad quædam indecentia ipsum Isaac prouocare.*

In his tamen omnibus agendum est parentibus cum prudentia, & caute-la, quasi sese infantum gressibus accommodando, ne plus illis, quam puerilis ætas suauiter ferre possit, imponant. Meminerint, quid Patriarcha Iacob dixerit fratri suo Esau petenti, ut simul progredierentur; *nostrum* (inquit) *quod paruulos habeam teneros, & oues, & boues fectas mecum, quas si pius in ambulando fecero laborare, morientur una die cuncti greges. precede, & ego sequar paulatim*, Sicut VIDERO PARVULOS MEOS POSSE. Paruuli enim non æque ac magni ambulare, & onera ferre possunt: & quædo labor vtriusq; communis esse debet, non oportet paruulos ultra proprias vires vrgeri, ut maiores se quantur, sed hi potius illorum gressibus sese accommodare, eosque alleviare debent.

§. II. *Pædagogum & Præceptores puerorum.*

ADHIBEMVS vltimum documentum in auxilium parentum, quando scilicet non possunt ipsi per se ipsos plene attendere bonæ filiorum educationi, præcipue cum ipsi sunt principales, aut magnates, & valde aliàs occupati; tunc inquam tenentur filijs in tenera adhuc ætate prospicere de bonis *Præceptoribus* qui ipsorum defectus suppleant: sequentes & imitantes in hoc sanctum zelum, & spiritum Catholicæ Ecclesiæ, quæ in duobus Sacramentis, Baptismi, & Confirmationis assignat spiritualibus suis filijs duos *compadres*, siue Pædagogos, qui eos doceant omnia necessaria ad eorum salutem & perfectionem, ut in primo Tomo dictum est. Suppositis igitur, quæ in eo loco ad hoc institutum diximus, addemus nunc, quod loco illorum *compatrum* debeant parentes carnales constituere præceptores, siue pædagogos aptos ad suorum filiorum educationem, ita tamen, ut ipsi non omnino negligant, rationem & modum cognoscere, quo præceptores doceant, filijq; proficiant, ac procurare, ut præceptores ipsi sint insignes *virtute, scientia* &

Ludæ noxij vitandi.

h Gen. 21. 9. Et mali socij.

In Traditionibus hebraicis in Genesim. Pueri non abruendi.

i Gen. 33. 13.

Præceptores diligendi. Tract. 2. c. 9. § 7.

Obseruandi.

tia &

tu. & experientia: hæc enim *tria* sunt necessaria, vt officio suo perfectè fungantur. Et in eisdem oportet excellentiùs eminere eos, qui officiù illud erga Regum aut magnatum filios exercere debent, vtpotè à quorum bona educatione commune Reip. bonum dependet. Nam siue bonum, siue malum in pueritia addiscant, illud etiam in ætate maiori & senectute seruant: & quales hi principes fuerint, tales & ciues & subditi erunt, vt supra est dictum.

EXPEDIT igitur in primis vt pædagogi & præceptores in *virtute* præcellât, vt quod verbo docturi sunt, id priùs *opere* doceant: & ne exemplo malo destruant, quòd bonis verbis & rationibus plantant. Pueri enim pluris faciūt & maiore ducunt rationem operum, quæ oculis cernunt, quam sententiarum, quam auribus percipiunt. sicut Alexandro Magno adhæsit prauus quidam incestus, quo præceptor eius *Leonidas* incedebat. Et quemadmodù qui docet pueros scribere, apponit illis exēplar valdè selectorū characterū, sine quo parum prodesset, voce tantù & verbis tradita doctrina: ita qui velit eos docere modestiã, temporantiã, honestatē, & prudentiã necesse est, propriam suã vitam eis tanquam exemplar proponat, in qua easdē virtutes ipsi cernant, quas verbo præceptor docet; quid enim referet iubere puerù non iurare, si is, qui id iubet, passim & incōsideratè iuret; & vt S. Bernardus ait: si vita contemnitur, etiã verba facillè contemuntur: contra verò bona de magistro opinio (vt ait S. Ambrosius) animum discipulo addit ad discendum.

DEBET quoque præceptor eminere in *scientia*, quam discipulus suum est docturus: dando operam, vt eam ipsa experientia confirmet, quæ seniorum est propria. Nam (vt S. Chrysostr. ait) si cupias imaginem aliquam tibi depingi, non satis tibi esse existimas, aliquem in ea arte tyronem adire; sed *pictorem* quæris peritum, electum, & in arte pingendi benè excitatum, quantò ergo magis decet, vt filio tuo *præceptorem* quæras sanctum, eruditum, & benè exercitatum, ac expertum; qui nouerit, in eo cum magna perfectione viuam virtutū imaginem exprimere: si filius ægrotet, non vocas ad eius curationem aliquē insipientem, sed eruditum & expertum *medicum*. Et nō quæres benè eruditum & expertum præceptorem, qui eandem doceat, & à prauis propensionibus, quibuscum nascitur, curet ac liberet?

PRÆTÈREA multum confert *experientia* ad iuuenum inclinationes & propensiones dignoscendas, quæ per externa indicia, sunt deprehendendæ: eas enim produnt verba, & actiones, & ipse vultus, alijsque repentini motus, qui etiã sunt indicia boni aut mali, quod postea prosequuntur, si eas sequi permittantur, iuxta illud Salomonis: *Lex studijs suis intelligitur puer si munda & recta sint opera eius*. Quod declarans Nicolaus Lyranus ait: ex ijs in quibus pueri cum oblectatione quadã occupantur, deduci possunt bona, aut mala opera, quæ adultus prosequetur. Ac propterea (vt refert S. Grego-

rius

2.
Præcellant
virtute.

Ex S. Hier.
Epist. 89. ad
Lasam.

Serm. de Re-
surrect.
Li. 2. de Vir-
ginib.

2.
Scientia.

Hom. 16. in
Matt. b.

3.
Experien-
tia.

1. Prov. 20.
11.

Refert Lan-
sen. ibi.
Epist. 187.
in ser. opera
S. Basilij.

rius Nazianzenus) Lacedæmones occiderunt quendam puerum ex sanguine regio; eò quòd viderent illum valde delectari venandis auiculis, & occidendis: ex hoc enim coniciebant, si adolesceret, fore crudelem in homines. Sed quemadmodum fuit barbara & fera *crudelitas*, talem occasionem accipere ad puerum occidendum: ita erit magna *prudencia*, si magister coniecerit ex aliquibus indicijs prauam aliquam pueri propensionem, illam tempestiuè curare, & remedium adhibere: cum hoc non sit alias difficile in initijs, antequam profundas in anima iaciat radices.

4.
Sine loco
patrum.

Patientes.
Iacob. 5. 7.

DENIQUE in omnibus procedendum est præceptori cum spiritu *pater-
no*: quia reuera est tanquam *secundus pater*, qui *primus* adiuuet in perfe-
ctione, quam filio suo est communicaturus per bonam educationem: quæ
pluris fit quàm prima generatio: parum enim filio profuisset hominis esse
& naturam accepisse, nisi nouum etiam esse obtineat, quo sit bonus & san-
ctus. Sed quoniam negotium hoc non est vnus diei, & pueri sæpius mutã-
tur, etiam dissimulantes & fingentes, necesse est præceptorum longanimitatem
& *patientiam* induerè: perseverantia enim omnes difficultates vincit
agricola (ait S. Iacobus) *expectat pretiosum fructum terræ. patienter ferens donec ac-
cipiat temporaneum & serotinum.* Et pueros (ait S. Chrysostomus) esse quasi *ag-
rum* aliquem incultum, carduis, lpinis ac tribulis refertum, ideoque *sen-
sim* esse colendos; bonæque doctrinæ aratro prauas illas herbas euellendas,
vt fructum reddant sementi similem, quæ in eis iacitur. Quod si Deus per-
miserit, præceptorem ipsum etiam magno labore ac diligentia adhibita nõ
fieri voti sui compotem, ob pueri deprauatam indolem, & improborum
sociorum moribus corruptam: non tamen perdet ipse apud Deum, sui labo-
ris fructum. Nam vt S. Bernardus Eugenio Papæ scripsit, *curam exigeris, non
curationem*: hoc (inquit) exigitur à te, vt curam adhibeas, non vt sanitatè ad-
feras. Nam quemadmodum medicus tenetur diligenter attendere ad cura-
tionem infirmi, non verò eundem sanitati restituere: quia sæpè absque vlla
sua culpa id præstare non poterit: ita à præceptore & *pædagogo* exigitur, vt
benè doceat, instruatque discipulum: licet absque eius culpa evenire possit,
vt discipulus non amplectatur, quod bonus præceptor monet. Aliquod et-
iam solatiij genus possunt ex hoc accipere boni & pij patres, cum facienti-
bus ipsis quidquid possunt ac debent ad bonam filiorum educationem, illi
tamen iustis Dei iudicijs euadunt peruersi. Nihil enim noui est, quòd ex
pijs parentibus, filij prodeant impij: sicut etiam è contra, quòd ex impijs
parentibus, filij prodeant valdè pij: nõ enim virtus simul cum natura com-
municatur; sed neque vitium cum natura suscipitur. Sanctus fuit *David*, sed
filios habuit valdè improbos, & in Deum, ipsumque parentem valdè rebelles.
Nec minus sanctus fuit *Iosias Rex*, qui tamen filius fuit *Manasses impijssimi*

L. b. 4. de
Consider. c. 1.
Mercedem
dabit Deus.

Filij non-
nunquam
parentibus
dissimiles.

patru

parentis: habuitque ipse filios adeò improbos, vt propter illorum peccata regnum ipsum perierit. Ac propterea per Ezechielem Prophetam dixit Deus populo suo: *omnes anima mea sunt; vt anima patris, ita & anima filii, mea est: anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. Et vir si fuerit iustus, & fecerit iustitiam: in præceptis meis ambulauerit, & iudicia mea custodierit: hic iustus est, & vita viuet. Quod si genuerit filium latronem, effundentem sanguinem: filius hic morte morietur. Qui si genuerit filium, qui videns omnia peccata patris sui timuerit, & non fecerit simile ei, sed iudicia mea fecerit, & in præceptis meis ambulauerit: hic non morietur in iniquitate patris sui, sed vita viuet: anima quæ peccauerit, ipsa morietur. filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filii: iustitia iusti super eum erit, & impietas impii erit super eum.*

Ezech. 18. 4.
10.

QVAMVIS autè bono parenti non sit sufficiens solatium, quòd omnes suas partes explens, se ipsum à culpa, & morte liberet, si nihilominus videat filium miserè & infœliciter in peccata labi, & damnari: non tamen debet propterea se alicui periculo Deum effendendi exponere, nec anima sua pacem turbare, quando iam nullum potest adhiberi remedium: sed ad misericordiam diuinæ pedes recurrat, se seque prosternens, occulta Dei iudicia veneretur; supplexque petat, ne & ipsum deserat, ita pater post filium pereat. Licet quidem nec à ratione alienum est, talem filij iacturam desistere, sicut flebat Dauid infœlicem Absalom filij sui mortem dicens: *fili mi Absalom, Absalom fili mi: quis mihi tribuat vt ego moriar pro te, Absalom fili mi.* potius enim propriam corporalem, quàm filij spiritualem mortem optasset. Non tamen tantum tristitiæ locum dare debet, vt ab ea quasi absorptus, negligat quæ maioris sunt momenti: vt scilicet cymbam ad portum salutis æternæ tam propriæ, quàm reliquorum filiorum, quos à Deo accepit, diligenter dirigat.

Si non potes
alios, serua
teipsum.

2. Reg. 18. 33

CAPVT X.

DE MODO FILII SE ERGA PARENTES ET
fratres nurus erga suas socrus, & cognati affinesq;
inter se, gerere debeant.



VM status matrimonij, locum adferat multitudinem & varietatem cognatorum, consanguinitate & affinitate coniunctorum, quorum aliqui maiores, alij minores, alij æquales inter se sint: oportebat aliqua perfectionis documenta indicari, quæ ad mutuam inter se perfectam pacem & concordiam seruandam erant necessaria. Cum igitur hæc documenta tradiderimus à maioribus erga minores, hoc est à pa-

2.2. q. 101.
a. 1.

Religio
Deum

Pietas pa-
rentes re-
spicit.

Honor pa-
rentum pra-
ceptum cum
promissione.

a Ephes. 6. 1.
Coloss. 3. 20.
Exo. 20. 12.
2. 2. q. 101. a.
2. 2. in Eph.
6.

Honor.
1.
Reuerentiã.
2.
Obedientiã.

b Luca 14.
10.

rentibus erga filios seruanda: superest ea nunc tradere, quæ ad *minores* erga maiores, & ad *æquales* inter se pertinent, initio facto à *filiorum* erga parentes obligatione, cui vt satisfiat, est virtus quædam specialis, quam Philosophi *PIETATEM* appellant, quæ (teste S. Thoma) in genere extenditur ad cultum & obsequium *cognatis* omnibus debitum, nominatim tamen *parentibus*: à quibus & Esse & vitæ, quam habent, acceperunt. Nam quemadmodum virtus *Religionis* omnes homines inclinatur ad exhibendum Deo supremum cultum, honorem, & subiectionem, quam illi tanquam supremo patri, primoque totius Esse & vitæ, quam habent, omniumque bonorum quibus fruuntur, principio debent: ita *PIETAS* filios inclinatur ad reddendum parentibus honorem, obsequium & subiectionem, tanquam naturali principio sui Esse, vitæ, & institutionis, ac educationis, quam habere debent, vt ipsa vita sit bona: parum enim emolumentum adferret, quod pater institueret ac gubernaret bene filium, si hic non se illi subijceret ac obediret.

CVM autem hæc obligatio mutua sit, & vtrique parti communis: noluit tamen Deus parentum obligationem ad filios exprimi inter decem Decalogi præcepta: quia naturalis amor, quem erga illos habent, & ipsorum filiorum necessitas, id ab eis continere exigit, reuocaturque in memoriam obligationem, qua ad ipsos prospiciendum tenentur. Ipsorum tamen filiorum obligationem voluit exprimi in primo secunda tabulae præcepto, in qua continentur præcepta, quæ vnusquisque erga suos proximos seruare debet: eò quod filiorum erga parentes amor soleat cum ætate refrigerare; præcipue cum hi ad senilem ætatem peruenerint, à quibus propterea commoditatem nullam expectant, sed aliqua potius incommoditate afficiuntur, cum paternis bonis, ipsi viuuntibus, vt pro arbitrio non liceat. Et hanc ob causam soli huic præcepto inter septem reliqua, quæ versus proximos sunt seruanda, adiecit Deus specialem illud seruantibus *promissionem*, vt notauit Apostolus, dicens: *a filii obedite parentibus vestris in Domino, hoc enim iustum est. ait enim honora patrem tuam, & matrem tuam, (quod est mandatum primum in promissione) vt bene sit tibi, & sis longæuus super terram.* Verbo autem honorandi, ait S. Thomas triplicem obligationem intelligi. *Prima* est, exhibendi reuerentiã & cultum parentibus, tanquam principio naturalis nostri Esse: exhibendus enim illis est honor, quem ipsorum dignitas exigit, & ratio dicitur. *Secunda* est, *obediendi* in rebus omnibus, quæ non sunt Deo contraria: id enim insinuat verbum illud *obediendi in Domino*, hoc est, ne sit obedientia in re, quæ Deo displicet, sed quæ placet, & intentione principali ipsi Deo placendi: nam in re, quæ Deo displicet, eiusque præceptis contraria est, non debent parentibus obedire, sed eos potius odisse sancto illo odio, de quo Christus D. N. dixit: *b qui non odit patrem suum non potest meus esse discipulus.*

Quæ

Quæ obedientia in excellenti illa perfectione esse debet, quam Apostolus commendat seruis erga suos dominos, sicut suo loco est declaratum. Et quidem filij ad eam perfectiorem obedientiam, & maiori cum amore exhibendam tenentur, quod esse filium excellit conditionem & rationem seruorum. Tertia obligatio est, filiorum seruiendi parentibus, eosque cum indigent, sustentandi: visitando eos, & eorum curam gerendo cum ægrotant; eisque in rebus omnibus necessarijs *subueniendo*, cum senes iam sunt, & pauperes. Hoc autem facientes filij, *promissiones Dei* obtinebunt, tam *temporales*, huius vitæ, quàm *spirituales & æternas*, quæ per illas significantur: quod scilicet benè illis erit, ac prosperè in corpore & anima, diuque vitam protrahent in hoc sæculo, si ita illis expediet: aut, si non, in altera vita, quæ est terra viuentium in æternum. c *Nam pietas*, ait Apostolus, *ad omnia utilis est: promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futura.*

§. 1. Huius præcepti fauores, vel maledicta.

CLARIUS hæc explicat Ecclesiasticus, referens duodecim singulares fauores, quos Deus exhibet filiis huius præcepti custodibus, & maledicta, quæ eiudem transgressoribus eueniunt. a *Iudicium* (inquit) *patris audite filii, & sic facite ut salui sitis. Deus enim honorauit patrem in filiis: & iudicium matris exquirens, firmavit in filiis. Qui diligit Deum exorabit pro peccatis, & continebit se ab illis, & in oratione dierum exaudietur. Et sicut qui thesaurizat, ita & qui honorificat matrem suam. Qui honorat patrem suum, iudicabitur in filiis, & in die orationis suæ. Qui honorat patrem suum, vita viuet longiore: & qui obedit patri, refrigerabit matrem. Qui timet dominum honorat parentes, & quasi Dominus seruet his, qui se genuerunt. In opere & sermone, & omni patientia honorat patrem tuum, ut superueniat tibi benedictio à Deo, & benedictio illius in nouissimo maneat. Benedictio patris firmat domos filiorum: maledictio autem matris eradicat fundamenta. Ne glorieris in contumelia patris tui: non enim est tibi gloria, sed confusio, gloria enim hominis ex honore patris sui, & dedecus filii pater sine honore. Filii, suscipe senectam patris tui, & non contristes illum in vita illius: & si defecerit sensu, veniam da, & ne spernas eum in virtute tua: elemosyna enim patris non erit in obliuione. Nam pro peccato matris restituetur tibi bonum, & iniustitia edificabitur tibi, & in die tribulationis commemorabitur tui: & sicut in sereno glacies soluentur peccata tua. Quam male fama est, qui derelinquit Patrem: & est maledictus a Deo qui exasperat matrem.* Omnia hæc sunt Spiritus Sancti verba, quorum veritas confirmata est multis historijs sacris, Ecclesiasticis, ac prophanis, in quibus multa referuntur prodigiosa exempla, quæ eueniunt: in quibus apparet, aut remunerasse Deum bonorum filiorum obedientiam, aut malorum improbitatem puniuisse. Bonorum testes sunt prosperi & felices euentus, b *Sem & Iaphet*, eod quod patris Noë nuditatem operuissent felicitas

Tr. 3.
cap. 3.

3.
Subuentio-
nem posu-
lat.

c Tim. 1. 3.

a Ecl. 3. 2.
12. Fauores
& maledi-
cta circa
honorem pa-
rentum.

Exempla
bonorum fi-
liorum.

b Gen. 6. 26.

e cap. 21. 9.
d cap. 37. 2.
e cap. 47.

c *Isaac*, ob præstitam patri suo Abraham simplicem, & ad nutum obedientiam; & patriarchæ d *Ioseph* ob amorem ac zelum, quem habuit in domum patris sui Iacob. Sed his omissis exemplis ad eò omnibus notis, vnum tantum valde memorabile adferam, quòd euenit inter Gentiles, vt refert Aristoteles in libro de mirabilibus mundi: inter quæ refert in Sicilia olim ex ignita quadam voragine igneum quendam torrentem certis temporibus prorumpere consueuisse, qui omnia vicina loca longè lateque depopulabatur: & cum quodam tempore vehementius exundaret, omnesque habitatores sese in fugam darent, senex quidam ob senilis corporis impedimentum fugere non poterat: hic videns filium vnà cum alijs properantem, illum ad se vocauit, petijtque vt in ea extrema necessitate ipsi adesset, substitit filius, & accepto in humeros patre, perrexit, lentiùs quidè paterno onere grauatus: cum verò *amnis* intumesceret, diuinitus factum est, vt *medius diuideretur*, ita vt liberum transitum filio patrem gestanti relinqueret. patre igitur in tuto collocato, alios, qui præcedebant, ac celeriter fugiebant, est assecutus. Quam insignem filij erga parentem charitatem, Deus compensauit prodigiosè illum ex periculo ignis educendo, vitamque ei longam largiendo, quia ipse mortis periculo, vt patrem ab ea liberaret, sese exposuit.

Pietatis in
parentes
magna iustitias.

Improbis
vni filiorum
patria.

Lib. de dec.
Præcept. ser.
5. de 4. Præcepto.

Capo filij
impy sit
busto.

e Pro. 30. 17.

De improbis etiam & nequam filijs plurima adferri possent exempla, qui horrendo & funesto suo interitu cæteris terrori esse possunt: taceo verò impudentem illum *Cham*, qui patri suo nudato illudit; & *Ruben*, qui ob insignem Iacobo Patri contumeliara irrogatam, ius primogenituræ, sacerdotium, ac imperium, duplicemque hæreditatem (quæ illi, ratione primogenituræ, debebantur) amisit; & filios *Heh*, pijs parentis sui monitis nõ acquiescentes; & *Absalonem*, qui etiam in patrem rebellare ausus est: aliaque celebria, & omnibus passim nota exempla prætereo: vnum tantum hic describam, quod à S. Bonauentura refertur de filio quodam, qui splendide quotidie cum vxore sua epulabatur; pauperculum interim patrem fabis, victitare sinebat. hic pater, cum die quadam filij domum adijisset tempore, quo mensæ ille accumbebat, & caponem sibi paratum habebat: vbi autem patrem adesse comperit caponem armario includi fecit, solitum patri cibum tantum præbens. Patre itaque iam abeunte, caponem educere dum vult, in *busonem* ingentem conuersum reperit, quem in faciem & oculos insipientem auellere nulla arte aut ratione potuit, donec eius veneno infectus expiraret: Deo impiam filij in patrem crudelitatem, horrenda hac morte puniente. Vt enim benè ait Sapiens; e *oculum*, qui *subiannat patrem*, & qui *despicit partum matris suæ*, effodiant eum *corui de torrentibus*, & comedant eum *filij Aquilæ*, quasi dixerit: dignus est, qui in cruce pendens moriatur, in qua à coruis & Aquilis deuoretur & lauetur. Nominat autem his viuaces & lon-

ganas has aues, vt ex huiusmodi iustitiæ diuinæ executoribus colligatur, nihil erga parentes immo rigerum, ac nefarium, etiam hic longiori se vita priuare, quam Deus promittit legem de parentibus honorâdis seruantibus: quæ lex etiam huiusmodi punitiones & supplicia constituit. Strictè enim Hebræis olim Deus præcepit, vt *filius, qui parentes percussisset, aut maledixisset, morte moreretur.* Neque enim viuere meretur, qui tantam erga illos, à quibus vitam accepit, ingratitude ostendit: & alibi dicit: *g filium contumacè & proteruum, qui non audierit patris ac matris imperium, & ab eis coërcitus, obedire contempserit, ducent eum ad seniores ciuitatis, dicentq;: filius noster hic proteruus & contumax est, monita nostra audire contemnit, comessationibus vacat, & luxuria atque conuiuio: lapidibus eum obruet populus ciuitatis & morietur, vt vniuersus Israel audiat & pertimescat.* Denique labores, quos patres in filiis educandis sustinuerunt, continuo clamant, exiguntque vt filij ipsos ament, ac venerentur: honorem (inquit Tobias filio suo) *habebis matri tue omnibus diebus vite eius. Memor enim esse debes, quæ & quanta pericula passa sit propter te in utero suo.* Et Ecclesiasticus ait: *i honora patrem tuum, & gemis matris tue ne obliuiscaris. Memento quoniam, nisi per illos, natus non fuisses, & retribue illis, quomodo & illi tibi:* sed cum par pari referre non possis: refer saltem summum quod poteris, cum summa charitate.

Exo. 20. 15.

Deu. 21. 18.

h Tob. 4. 3.

i Eccl. 7. 29.

Qualis pater talis filius.

k Ephes. 6. 4.
l Coloss. 3. 20.

SED non expedit cælestem Apostoli Rhetoricam silentio præterire, quæ in suis Epistolis hæc monita tradens, ea inserit inter alia, quæ multum conferunt ad ea exequenda. Præmittit enim *amorem*, quo se mutuo pater & mater, tanquam probi coniuges, diligere debent; & *obedientiam*, quam vxor debet suo viro exhibere: vt vtrumque exemplo sit ipsis filiis: post ipsa verò monita, suauem ponit rationem, qua debent parentes filios suos tractare, *ne illos scilicet ad iracundiam pronocent, aut i pusillo fiant animo:* ne occasionem accipiant imminuendi, aut etiam abiiciendi reuerentiam & amorem, ac deficiendi in obedientia & subiectione debita, quæ plurimum dependet ex modo, quo à parentibus tractantur; nam si illi erga filios opere ipso ostendant se patres: filij quoq; ostendent se reipsa tales erga ipsos.

§. II. Ex huius Præcepti obseruatione amor & concordia oriuntur.

EX eadem quoque radice amor & concordia oritur, quæ inter ipsos filios esse debet, mutuo se tanquam bonos fratres amando; & alter alteri, quod sibi metipso cuperet, optando: vt naturali sanguinis amori supernaturalis amor Christi adiungatur, qui illum comiterur, moderetur, ac perficiat: ne ad extrema excessus aut defectus declinet, quæ veram cha-

*Fraterna
dilectio.*

a *Ecd. 25. 1.*
b *Pro. 6. 19.*
c *cap. 18. 19.*

Ita Ianfen.

d *Genes. 4. 5.*
e *cap. 27. 41.*
f *cap. 37. 4.*

*Radix dis-
cordia.*

g *Tob. 10. 13.*

*Nurus so-
crum amat.*

*exemplo
Ruth.*

ritatem lædunt: siue contra Christi legem ita frater ametur, vt eius causa illam transgrediatur: cum tamen in tali casu, non amandus, sed odio habendus sit, quemadmodum de ipsis parentibus est dictum: aut contra naturali legi non pareat, quæ mutuum inter fratres amorem seruandum iubet: qui amor valde a placet Deo & hominibus, ac propterea vehementer idem b *Dominus odit eum, qui seminat inter fratres discordias*: qui alibi addit: c *fratrem, qui adiuuatur à fratre, esse quasi ciuitatem firmam: & iudicia quasi vestes vrbium*: id est cum lites & contentiones inter ipsos oriuntur. Nam

quod fortiores ex concordia fiunt ad se mutuo tuendos: eod sunt ex discordia magis terribiles ad se mutuo offendendos. Cum enim hæc eoufque peruenit, vt naturale sanguinis vinculum frangat, aded progressa censenda est, vt difficillimè reparetur, cuius exemplum est in discordia, quam habuit d *Cham cum fratre suo Abel & e Esau cum Iacob, & filii Iacob, cum fratre suo Ioseph*. Hæc discordia ex inuidia, aut cupiditate vt plurimum oritur. Nam cum fraternitas modum quendam æqualitatis secum adferat, dolet improbus, fratrem sibi in natura aliàs æqualem, præferri in bonis gratiæ aut fortunæ; at charitas, quæ naturalem fraternitatem perficit, nouit bene has discordias præuenire per modos & media in tertio Tractatu posita. Quidquid enim ibi est dictum de charitate inter proximos seruanda, maiorem vim habet inter fratres & cognatos. Solùm nunc addam, quod pertinet ad concordiam inter nurus & socrus, quæ raro solent bene conuenire. Ac propterea Sara parentes inter bona alia consilia, quæ filia suæ dederunt, cum eam Tobias in matrimonium tradidissent, primum fuit, vt g *suos soceros honoraret*, vsi sunt autem verbo *honorandi* quo Deus iubet filios honorare suos parentes vt intelligeret, debere se socerum loco patris, socrum verò loco matris habere, & diligere eos, ac reuereri, obsequiumque eis exhibere, tanquam vera eorū & bona filia: solùm addam celebre & heroicū RVTH & NOEMI exemplum, quod verè fuit in mundo singulare. RVTH enim erga socrum suam omnia præstitit, quæ bona quæuis filia potuisset erga suam bonam matrem: non solùm quàm diu vir eius superuixit: sed, quod amplius est, etiam illo mortuo: nam amor aded erat profundè in corde radicans, vt non dependeret à vita viri.

Quod facile ex eo primum intelligitur, quod cum videret eam ex regione Moab solam, ac desertam recedere, ita eius est miserta, vt comitari eam constituerit, & in eius contubernio per totam vitam permanere. Ac propterea obtulit se ad paternam domum, & cognatos omnes deserendos: & quod amplius est, ipsos Deos suos, antiquosque mores, & leges: eas verò amplectendas, quas eius socrus præ se ferebat ac profitebatur. Postquam verò in

Bethlem

Bethleem peruenit, fuit illi in omnibus valde obediens; nihil faciens abique eius approbatione, & facultate: omnium verò, quæ faciebat, rationem ei reddebat: & quidquid illa iuberet exequabatur. Laborabat præterea, vt se & illam aleret: & quidquid suo labore comparabat, totum socrus manibus tradebat; & ipsius cibi, quem dono accipiebat, reliquias seruabat, quas ei adferret. Quæ omnia veri amoris erant signa, virratisque valde perfectæ. Quæ merito deberent omnes nurus imitari, vt vera charitate cum suis socrubus coniungantur. Quid verò socrus ipsæ facere debeant, deprehendit in ipsa *Noëmi*, quæ erga Ruth omnia præstitit, quæ bona quæuis mater potuisset in suam filiam. Admisit enim illam in suum contubernium, cum videret, quanta constantia id ipsa desideraret: singularem adhibuit curam, vt amanter & confidenter cum illa ageret; in omnibus eam dirigens, quæ factura erat; suo tempore solatium ei adferre curauit, dirigens eam, vt virum acciperet diuitem, potentem, ac nobilem; offerens ei in dotem; vel modicum illud quod ex proprii viri facultatibus sibi supererat. Et quando Ruth filium peperit, ipsa illum quasi suum accepit, eumque nutrebat, quasi eius esset nutrix; libenterque audiebat vicinas & amicas sibi congratulantes ac dicentes: *h ipsi natum esse filium*. In quibus omnibus amor elucet, quem debent socrus erga suas nurus habere, non solum quamdiu ipsarum filij sunt superstitites, quibus illæ nupserant: sed etiam erga iam viduas; permanentes semper in vero amore materno.

Quæ si in lege antiqua sunt gesta, quid meritò fieri debet in noua, quæ verè est *lex amoris*: si Euangelicæ legis gratia, vt *Isaias* ait efficit vt *habitent lupus cum agno, & pardus cum hædo accubet*: cur non sufficet ad socrus, & nurus in charitate iungendas? si gratia Sacramenti, & matrimonij status efficiunt, vt vir & vxor sint perfectè quasi vnus: cur vir non habeat vxoris suæ parentes tanquam proprios; & vxor similiter, viri sui parentes? vnico duntaxat in casu Saluator noster inter *k Socrus & nurus, discordiam & diuisionem possituram* se ait: sicut etiam inter patres & filios, ac fratres ipsos: cum scilicet aut falsa religio, aut improba alterius vita periculum & occasionem alteri adferret à bona vita aut religione recedendi, aut benè semel proposita mutandi. Si autem in vna fide ac religione vnità & coniunctæ sint: cur non etiam in eisdem moribus consentiant, ne cogantur seorsim & separatim temper viuere? cur non altera alterius onera portet, vt sic *Christi legem adimpleat*: quæ lex est charitatis? cur minor propriam voluntatem non mortificet, vt maioris exequatur? & cur maior voluntatem suam non flectat, vt in re aliqua minorem recreet? nam alterius mortificatio & tolerantia in causa erit, cur altera quoque se accommodet: semper autè

æquum

Socrus nurum diligat
exemplo
Noemi.

h Ruth. 4.
17.

i Isaias. 11. 6.

k Matth. 10
34.

Luc. 12. 53.

l Galat. 6. 2
Alter ab erit
supportet.

æquum est, vt hæc subiectio & accommodatio ab ea incipiat, quæ magis tenetur se subijcere.

S. Monica
vntus.

De Sancta Monica scribitur, quod cum ob ancillarum murmuraciones non posset socrus pacem cum ipsa habere, ad eò fuerit patientia & prudentia eius admiranda, vt tandem socrus eius valde illam dilexerit, & præcipua fuerit suæ nurus propugnatrix, cum similes nugæ ad se de ea adferrentur.

Cupiditas
venenum
amoris.
1 Gen. 1. 31.

Nec minus perniciofa esse solet dissensio inter soceros & generos, & horum cum vxorum fratribus, aut harum cum fratribus virorum, maxime cum alicuius vtilitatis aut proprii commodi occasiones occurrunt: hæc enim cupiditas potissima solet esse radix huius discordiæ: quemadmodum videre licet in ea quæ fuit inter Patriarcham *Iacob*, & socerum suum *Laban*, eiusque filios, vxorum suarum fratres. Qui conuerſi ceperant quod *Iacob* tulisset omnia, quæ fuerunt patris eorum, ac de illius facultate ditatus esset. animaduertens autem *Iacob* faciem *Laban* erga se non esse sicut antea; coactus fuit illos deserere, & in patriam suam redire. nec propterea illi ab eo persequendo destiterunt, ei que auferendo, quæ ipse iuste acquisierat; nisi Deus illius partes egisset, & ealūijs defendisset. Hinc ortū habuit Ecclesiastici illa admonitio: *noli conciliari cum eo, qui tibi insidiatur, & a zelantibus te absconde consilium.* Insinuat enim, soceros eiusque filios in aliquibus negotijs non esse bonos consiliarios: eò quod sint propriorum commodorum cupidi.

m Eccl. 17. 7
Socii
pcti, extra
gratiam.

Sed Christiana charitas & prudentia huiusmodi errores corrigit, magnamque pacem & animorum coniunctionem inter omnes ponit: impellit enim soceros, ad bona consilia suis generis præbenda, & ipsos generos, ad eadem amplectenda, & sequenda. Vt videre licet in aptissimo illo consilio quod *Ietro* dedit genero suo *Moyſi*; quod ipse magna cum humi-

Amor hu-
milis,
Exod. 18. 18.
24.

litate est secutus: eò quod socero suo esset magna charitate vnitus. Reliqua quæ huc spectant videre licebit in loco paulò superius allegato.

(. .)

CAPVT XI.

FAMILIÆ GVBERNATIO PRÆCIPVE EX PAR-
te perfectæ Coniugis.

Vm perfecta totius domus & familiæ gubernatio inter ipsos coniuges fit distributa, cuius præcipua pars, quæ ad *virum* spectat, superius in tertio Tractatu satis fusè est declarata, solum superest ea nunc adferre, quæ ab *uxore* sunt præstanda: eadem verò opera summatim referemus ea particularia, quæ ipsa, vt in gradu suo perfecta sit præstare debeat: sequens & amplectens illa consilia, quæ boni parentes *Sara* filiæ suæ dederunt, monentes non solum honorare *soceros* suos, diligere *maritum* (quod iam superius insinuauimus) sed a *regere familiam, gubernare domum, & se ipsam irreprehensibilem exhibere*, Quod ipsum fusius Spiritus sanctus ore Salomonis explicauit, quamuis ille rem hanc adedò raram & pretiosam existimauit, vt præclarum illud exordium præmitteret: *b Mulierem fortem quis inueniet? procul & de ultimis finibus pretium eius*: insinuare volens, valdè esse difficile inuenire mulierem virili fortitudine exornatam: & si inueniatur, eam esse magni pretij & æstimationis, quemadmodum rari sunt, magnique fiunt pretiosi lapides ex Orientis Indijs allati, iuxta illud: omne pretiosum rarum: & bonum, quod rarum est, etiam est pretiosum. Sed quamuis rara sit tanta perfectio in coniugata muliere, si eius imbecillitatem, quam ex seipsa habet, aspiciamus: non tamen erit adedò difficile talem in Euangelica lege inuenire, ob virtutem & gratiam, quam Christus Dominus noster cum matrimonij Sacramento coniunxit. Quæ mulierem, alioqui debilem, reddit fortem, ac strenuam, ad præstanda quæcunque tenetur erga *DEVM, virum suum, filios, & familiam* totam. Et quamuis ad eadem præstanda vir ipse teneatur: non tamen ita rarus est vir fortis ac strenuus: quia ipsa natura eum animo forti exornauit, in quo gratia ipsa, firmiter ac robustius inuenit pectus ad propriij status onera ferenda. Sed non est tamen solus, adedò insignis & egregius, vt non etiam indigeat fortis ac virilis vxoris auxilio: cuius excellentias & proprietates refert Spiritus sanctus ad certum eas numerum reducendo, in quibus summatim continetur omnes in præcedentibus capitibus positæ.

a Tob. 10. 15

b Pro. 31. 10

Rara mulier bona extra gratiam.

Vir fortis indiget forti muliere.

§. I. *Perfecta uxoris excellentia.*

I.
Vir conficit
in muliere
forti.

PRIMA excellentia est, quod viro suo magno sit *louamini*, qui etique in omnibus, quæ ad bonam totius domus gubernationem pertinent: ob sanctitatem scilicet, ac prudentiam, quam in ea obseruauit & expertus est. a *Confidit* (inquit) *in ea cor viri sui, & spoliis non indigebit. Reddet ei bonum, & non malum, omnibus diebus vita sua,* quasi distinctius dixerit: tanta est eius probitas, tantaque animi fortitudo, vt vir eius securè illi fidat, omnesque suas curas committat: certò sperans eam rerum omnium ipsius curæ commissarum exactam rationem reddituram. Quamobrem potest ipse ad sua negotia peragenda liberè ac securè domo exire, absque timore aut formidine mali alicuius exitus. Quam cum aded sollicitam experiatur in custodiendis quæcunque illi tradit: non opus habet diuitias ex aliorum *spoliis* per illicitas negotiationes, & media mala acquirere: ea sibi sufficere existimans, quas à DEO accepit, & propria sua industria comparauit.

Vir sana
mulieri be
nignus.

EST præterea ipsa aded *grata*, ob quoduis bonum à suo viro acceptum, vt & verbis & operibus bonis *bonū ei reddat, & non malū*, nec molestiā vllam *omnibus diebus vita sua.* Continet autem singularem quandam Emphasim verbum REDDET, quod significat aliquid in compensationem, & quasi remunerationem ei dare, à quo beneficium accepit: quare dum eo verbo vtitur Salomon, præsupponit bonam tractationem prudentis viri erga suam vxorem, eò quòd illa talis sit, vt ipsum obliget, impellatque ad amanter ac beneuolè cum ipsa agendum, & liberaliter indulgendum. Quamuis excellens eius probitas & fortitudo tanta esse debet, vt etiam viro non præstante, quod meritò deberet, ipsa reddat semper bonum, & non malum omnibus diebus vita sua: vt pax domestica sit perpetua. Neque enim magna censenda est fortitudo, quod bonum pro bono reddatur; Sed illa insignis est valdeque excellens quod bonum reddatur pro malo, nunquam verò malum: iuxta Apostoli consiliū & exhortationem dicentis: *b noli vinci a malo, sed vince in bono malum*, benè scilicet faciens ei, qui malè tibi facit.

Vxor viro
grata, et si
non man
suet.
b Rom. 12.
21.

2.
Conseruet
& augeat.

SECUNDA fortis mulieris proprietas est, vt non solum fideliter seruet, quæ vir ipsi tradit seruanda; sed & ipsa iuxta gradum & statum suum sollicitè noua quærat rei familiaris augmenta. *Quasiuis*, inquit, *lanam & lenam & operata est consilio manuum suarum. Facta est quasi nauis institoris de longè portans panem suum; de nocte surrexit, deditque pradam domesticis suis, & cibaria ancillis suis. Considerauit agrum, & emit eum: de fructu ma-*

manu suarum plantarum vincunt. Quasi distinctius diceret: aced est illa in rebus domesticis sollicita, vt non expectet donec maritus lanam & linum adferat, quæ ipsa cum suis ancillis laboret, neque ad suas telas conficiendas; sed ipsamet media & rationes inquirat ad ea habenda: & instar nauis mare sulcantis, & ex remotissimis regionibus res varias ad commune ciuitatis commodum deferentis; ita ipsa omnes domus suæ angulos lustrat ac vertit; & quærens hinc inde ea congregat, quæ ad suam sustentationem sunt necessaria. Summo mane surgit, ne famuli ac domestici nimium somno indulgeant, aut otiosi sint; & statim domesticis & officialibus ad laborandum iuris, cibaria tradit pensumque ancillis assignat, quod perficere debeant; tantaque eius est diligentia, vt res familiaris per eam augeatur, & superfit adhuc ad agrum emendum, vineamque plantandam; Deo ipso bona illa domestica multiplicante, ob fidelitatem ac sollicitudinem, quæ illa etiam ex rebus paruulis fructum & lucrum facit.

Vt autem intelligamus huius mulieris sollicitudinem, non solum in imperando suæ familiæ consistere; sed etiam in proprio labore, vt suos exemplo præcedat, addit Salomon *terciam* eius excellentiam, dicens: *accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachium suum: gustauit, & vidit, quia bona est negotiatio eius: ideoque non extinguetur in nocte lucerna eius; manum suam misit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fusum.* Quid est autem accingere se fortitudine, & brachium tuum roborare, nisi magna animi fortitudine imbecillitatem, & molliciem fœmininam vincere; manumque ad fortia adhibere, tantam animi voluptatem, in eò quod semper sit bene occupata sentire: vt non satis habeat in die laborare, sed etiam in ipsa nocte, colum & fusum arripiat, ne cesset à nendi labore, quo plurimum delectatur. Ne autem existimetur, occupationem eam solum esse nendi exprimit editio nostra vulgata, quod manum suam miserit ad FORTIA, ad omnia scilicet manus tuas applicando, quæ ad suum statum & gradum pertinent: quæ licet videantur ex se facilia, mulieribus tamen sunt fortia: quia fortitudinem exigunt ad perdurandum in eis, cum ipsæ alias ex se ipsis ad otium & quietem propendeant; quam propensionem non nisi fortitudine superare ac vincere possunt. Et hac ratione præueniunt, & aditum obstruunt innumeris peccatis, quæ ab huiusmodi otio proueniunt: quæ enim otium sectantur, anxie quærunt solaria sua, ac recreationes extra domum, horrentes occupationes, quæ in ea sunt; aut tempus otiosis colloquijs terentes, in quibus frequenter murmura ac detractiones miscuntur. Ex quo experientia deprehendimus sententiam illius veritatem, qua dixit Salomon: *c sapiens mulier adificauit domum suam: insipiens extructam quoque manibus destruet.* Sapiens enim prudenter

3.
Ipsamet laborat.

Otium perlat.

c Prou. 14. 1
Vide lanser

ac diligenti tua gubernatione omnia promouet ac crescere facit: imprudens verò omnia turbat ac destruit. Sapiens (vt quidam Philosophus dixit) est tanquam *apis* casta & operosa, quæ fauum suum construit, & in alueario suo commoratur: nec prodit foras, nisi urgente necessitate, ad mellis ceræque materiam colligendam.

Mulier apis.

4.
Liberalis
sis.

SED vterius progreditur feruens sanctæ huius mulieris diligentia: quæ non ex auaritia, aut multa acquirendi cupiditate laborat; sed tum vt suis obligationibus prospiciat; tum vt habere possit, vnde alijs *benè* facere possit. Ait enim: *Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem: non timebit domui suæ à frigoribus niuis: omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus.* In quibus verbis duos bonos effectus insinuat Sapiens, qui *liberalem*, & non parcum & auarum animum producit.

1.
Elemosy-
nis.

PRIMVS effectus est, quod ex his, quæ habet liberaliter tribuat pauperibus, *elemosynas* iuxta facultates suas elragiendo. Quam liberalitatem indicat Spiritus S. verbis illis: *aperuit manus, & extendit palmas*; quibus significare voluit: talem mulierem non claudere, neque comprimere manus parcitate; sed aperire & extendere quantum potest, confidentem diuinæ misericordiæ, quod non propterea res ipsius familiaris sit diminuenda, nec familia defectum aliquem passura; sed potius augenda: ex elemosyna enim augmentum prædictum. Et quamuis vxor teneatur viri directionem sequi, ad quem distributio & administratio bonorum ita pertinet, vt vxor nec elemosynas quidem magnas sine eius consensu, vt supra dictum est, facere possit; quod tamen ad ipsam pertinet, *propendere* debet ad eas erogandas: quod si illa diligens & operosa fuerit, nunquam illi defuerit, vnde possit *ordinarias* erogare: nec vllus erit vir adeò parcus, qui meritò velit illas prohibere. Quare si vterque tanta sit conformitate coniunctus: bona alterius propensio, alterum facile post se trahet.

2.
Multo ma-
gis in dome-
sticos.

SECUNDVS effectus est, quod erga suos *domesticos* adeò sit liberalis, vt non existimet satis illis esse vnum indumentum; sed *duplicatum* tribuat, quod eos à frigore defendat ac de omnibus necessarijs illis prospiciat. Quæ enim erga *externum* pauperem ostendit se liberalem: non debet erga pauperem *famulum* esse parca. Nam cum ipsi laborem ferant, lucrumque promoueant: decet, vt supra est dictum, fructuū etiā esse participes: sic enim eorum voluntatem alliciet, vt libentiùs laborent & obsequantur. Nec magnum quid videri debet, quod ita copiosè de vestibus illis prospiciat; cum tantum illi superfit, vt *Syndonem* siue telam texuerit, ac *vendiderit*: & *cingulum* confecerit, ac *tradiderit Chananeo*, vendendum; vt ex his, quæ domui luçe supersunt, magis eam ditet; & pecunia ex eis accepta comparet, quæ sibi defunt.

SED

SED quoniam Deus non vult, fortem ac prudentem mulierem adeo circa alios sollicitam, *sui ipsius obliuisci*; sed cum ea decentia, quam status eius exigit sese ornare; addit *aliam* excellentiam dicens: *Domesticam supellectilem, & stragulatam vestem fecit sibi; byssus, & purpura indumentum eius. cuius causa nobilis habebitur & laudabitur in portis vir eius, quando sederit cum senatoribus terra.* Nec vacat mysterio, quod Spiritus sanctus coniugatam mulierem laudet ex eo, quod pretiosa habeat stragula, ac lectisternia, & elegantia peristromata pro domo sua; & quod ipsa ex *byssis & purpura* habeat indumentum: cum tamen inter Epulonum illius diuitis peccata recensetur, quod *cindeatur purpura & bysso*. Sed si attentius rem perpendamus, intelligemus, voluisse Spiritum sanctum nos docere: non displicere sibi externum cultum etiam pretiosum, sed deprauatum eius usum, aut nimium in eo *excessum*, habita ratione status; aut ob intentionem inanem, aut sensualem, sicut supra est dictum. Si autem cum moderatione decenti fiat, & sincere in finem gloriæ ipsius Dei, vt etiam pretioso huiusmodi cultu illa vtatur, quem ipse Deus prouidit ad seruandam altioris status auctoritatem, in quo Deus illam collocauit: tunc inquam non vitiosum, sed sanctum erit, pretiosis huiusmodi ornamentis vt: & nominatim, vt viri sui voluntati, vt par est, satisficiat. Propterea enim adiunxit Spiritus sanctus propter gloriam fortis huiusmodi mulieris, hac ratione exornatæ, fore virum eius in veneratione apud Senatores terræ, fœlicem illum, & fortunatum indicantes, quod insignis adeo sociæ illi contigerit. Illud quoque bonum est indicium animi, quo se bysso & purpura induit, quod permiserit: illam non crudelem, qualis epulo ille diues fuit: sed *piam* ac misericordem in pauperes; & domesticos suos fuisse; & quod prius attenderit ad necessaria illis indumenta præstanda, quam ad se ipsam pretiosis ornandam: non enim decet cum domesticorum, & pauperum detrimento expensas magnas facere in res valde pretiosas, ad proprium usum.

VT autem appareat quod quæ se ipsam, domumque suam splendide adeo induit, non deserat *animam* nudam; nec domum conscientia suæ, addit Spiritus sanctus præstantissimam *aliam* eius excellentiam, dicens: *fortitudo & decor indumentum eius, & ridebit in die nouissimo: os suum aperuit sapientia, & lex clementia in lingua eius: considerauit semitas domus sua, & panem otiosa non comedit.* cuius sententiæ sensus est, quod illa non fuerit contenta, nec sibi satisfecerit, artificioso illo corporis cultu; sed naturalem ipsum virtutum ornamentis auxerit, ac perfecit: induit enim *modestiam*, iucundamque vultus sui gratiam, & suauem cum domesticis agendi rationem, vt se omnibus redderet *amabilem*. *Faciem* suam lætam ostendit, ac subridentem; non tamen ita, vt fœmininam re-

5.
c. Luc. 16. 19.
Non cultus
sed excessus
carpendus.

Præ
euan-
danda
ne-
cessaria.

6.

Anima or-
namenta
virtutes.

Facies.

doleat molliciem quæ ipsos domesticos emolliat; sed fortitudinem induit qua illos componat, in qua agendi ratione omnibus diebus vitæ suæ progreditur. Os præterea suum, & linguam sapientia ac discretione, magnaque suauitate & pietate exornauit: non enim est garrula, aut ita loquax, vt verba sua in ventum projiciat, aut in alicuius tertij detrimentum; nec amaritudinem adferet, aut punget eos quibuscum aget, præcipuè domesticos: sed sapienter potiùs prudenterque admonet, ac docet, quæ sint illis faciendæ; & qua ratione lex ipsa DEI, quæ clementiæ & charitatis lex est, sit seruanda: ita vt ad inuicem charitatem, & pietatem sibi ostendant. Quod vt exactiùs præstet, *femitas* considerat domus suæ, diligenter examinans vitam, actiones, & negotia, quæ gerunt, qui in illa versantur: reprehendit corrigitque; malum, quod in eis animaduertit, remouet illis occasionem, qua euaderent mali; fouet additque illis animum ad omnia, quæ, vt boni euadant, sunt necessaria; indecens enim iudicat, quodd non satis ad munus suum attendens, panem frustra comedat: præit semper exemplo suo bono; ne domestici sese excusent, si dominam suam otiosam, aut malum aliquod exemplum præbentem videant.

7.
Fructus vir-
tutis qua-
druplex.

FINEM denique fortis huiusmodi mulieris excellentijs imponit Spiritus sanctus referens *fructus* huius vitæ ad eam perfectam, & *laudatores* ac præcones excellentiarum eius, dicens: *surrexerunt filii eius, & beatissimam predicauerunt: vir eius & laudauit eam. Multa filia congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas, fallax gratia, & vana est pulchritudo: mulier timens Dominum, ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera eius.* In quibus verbis *quatuor* perfectæ coniugatæ excellentiæ insinuantur.

1.
Filius sa-
piens.

PRIMA est, quodd tales nutriet, educabitque *filios*, qui sint honori matri suæ, eiusque perpetua laus. Quamuis enim hoc à diuina prouidentia, & bona ipsorum filiorum naturali propensione dependeat, vt supra est dictum: nullus tamen ita potest eos, atque mater ipsa, iuuare: cum ipso enim lacte, bonam propensionem, bonosque mores imprimere eis potest, exercens eos ab infantia in sancto illo Dei timore, quem adulti habere debent. Sicut sancta illa Galliarum Regina *Blanca*, quæ Sancto *Ludonico* adhuc infanti dicere consueuerat: mallet te mortuum, quam in lethale aliquod peccatum incidentem videre: adeoque exactè filius optimæ matris doctrinam hausit, vt sit eius perpetua laus.

Blanca.

2.
Vir bonus
Monica.

SECUNDA excellentia est, quod sita bona industria studioque talem suum reddat *virum*, vt semper is in eius laudibus occupetur; cum in modum, quo Sancta *Monica* virum suum gentilem, & morum difficiliorem ac asperorum valdè, exemplari vitæ suæ sanctitate & inuicta patientia ita permutauit, vt

ad fi-

dem conuerteretur, moresque indueret moderatores: qui postea nunquam destitit virtutem extollere Sanctæ suæ vxoris; sælicemque suam prædicare fortem, quod eam duxisset.

HINC Tertia oritur perfectæ mulieris excellentia, vt ob suas virtutes ita reliquas mulieres supergrediatur, vt ipsamet eam laudent; eiusque mores & egregia facinora prædicent. Aliæ mulieres communes, diuitias aliquas temporales: sed hæc in eo omnes excellit, quod etiam spirituales in maiori copia, quam aliæ, acquirat. Reliquæ laudari quærunt à bona gratia, & corporis pulchritudine: sed vana est fallaxque talis gratia, & nugæ sunt, quæ fumi instar euanescent: vera autem laus est, quod timeat DEVM; seque virtutum pulchritudine exornet.

VLTIMVM denique, quo omnes eius excellentiæ quasi obsignantur, illud est, quod fortis & Sancta mulier fructus manuum suarum, bonorumque suorum laborum recipiet premium, non in hac vita solum, sed etiam in futura: nam in hac vita donis cælestibus ditabit illam DEVS, & fructibus satiabit Spiritus, quos Apostolus vocat charitatem, gaudium, pacem, patientiam, benignitatem: bonitatem, longanimitatem, mansuetudinem, fidem, modestiam, continentiam, & castitatem: propter quos fructus laudabitur in occulto, & in publico; & in medio platearum, vbi de alijs murmuratur, quia præclara & insignia eius facinora cogent illos ad bene de illa loquendum, eamque laudandam. In altera autem vita copiosissimis gloriæ gradibus remunerabitur: & in nouissimo iudicii die laudabitur ab ipso DEO, eiusque Angelis coram omnibus hominibus: manifestabuntur enim in omnium conspectu præclara eius opera: quæ omnes iudicabunt digna esse, quæ æternum laudentur.

§. II. Prædicta confirmantur exemplo Ruth.

PRÆDICTA hætenus licet confirmare exemplo venerabilis Ruth, in qua excellentiæ prædictæ eluxerunt, quas Salomon attribuit matri suæ Berthsabee, laudans in ea reliquas mulieres fortes, inter quas Ruth nostra est merito numeranda, vt de ea merito dicere liceat: quod fuerit vna ex mulieribus fortibus & strenuis huius mundi, & quod a procul ac de ultimis finibus fuerit pretium eius. Deduxit enim illam Deus è Regione Moabitide, eius verò pretium & valorem aperuit in terra Israel tanquam gemmæ ex Oriente allatæ. Confidit in ea cor viri sui ob magnam securitatem, quam de rara eius virtute habuit: propterea enim illam duxit, dicens: b scit omnis populus, qui habitat intra portas vrbis meæ, mulierem te esse virtutis. Quid autem est mulierem esse virtutis, nisi

fortem

3.
Vicinarum
laus.

4.
Premium
laboris.

Gal 5. 22.

Ruth.

1.
a Pro. 31. 10.
De longin
quo venit.

b Ruth. 3. 11.
Mulier vir-
tutis.

fortem esse, & strenuam? mulierem notissimæ virtutis valdeque probaram, cum qua vir eius contentus esse possit, valdeque securus. Nam si ipse magnis eam fauoribus & gratijs præuenit, ipsa animum aded gratum semper ostendit, vt reddiderit ei bonum & non malum omnibus diebus vite sue: nam quæ tantam gratiarum actionem ostendit, vt vidimus, pro fauore & studio erga se, cum ipicas in eius agro colligeret cum puellis eius: quantam putanda est gratitudinem ostendisse, quando eam fecit earum dominam? non fuit Ruth quales esse solent mulieres infimæ sortis, quæ cum viris nobilibus nubunt aded insolescunt, vt eas nemo ferre possit: qualis fuit illa Agar, quæ cum esset ancilla Sarai, quæ præcipua erat Abrahæ vxor, quando Abraham eam tanquam, secundam vxorem (quod tunc licebat) accepit, ita se illa erexit, vt e dominam suam despiceret, ac despectui haberet, nec posset intra suos limites contineri. At humilis Ruth semper humilitatem & modestiam suam retinuit, amplexa Sapientis consilium, dicentis: *d quanto magnus es, humilia te in omnibus*: ac propterea coram Deo inuenit gratiam, & coram viro suo iuxta votum suum.

Grata.

c Gen. 16. 5.

Humili.

d Eccl. 3. 20.

2.
Diligens.

SED quid de eius sollicitudine ac industria dicemus circa laborem manuum suarum & vigilam, qua de nocte surgebat, ad dandam prædam domesticis suis, pensumque assignandum ancillis: cum enim huiusmodi laboribus ac diligentia addicta fuisset tempore paupertatis suæ, facile illi fuit eandem rationem tenere, etiam cum se diuitem & abundantem cerneret: humiles enim etiam cum sortis suæ mutatione bonos & honestos suos mores non mutant aut deserunt: & quæ prius laborabat, vt suam sustentationem compararet; laborat etiam postea, ne sit otiosa, & vt suis domesticis bono sit exemplo; & sic animum eis addat, ad suam dominam imitandam; inde enim prouenit Bethsabæe Salomonis matri, vt esset aded operosa, & ad minutula quæque sese applicaret, etiam cum esset Regina, quemadmodum ipse eius filius hic de ea refert. Prius enim fuerat Viriæ pauperis cuiusdam militis vxor: quando autem facta est Regina, ed quod Regi Dauid nupsisset, non est oblita industria ac diligentia suæ domesticæ, quam prius in sua paupertate adhibuerat.

3.
Tob.
Misericors.

MVLTO autem minus oblita fuit Ruth mitericordiæ, & miserationis, quæ videbatur secum nata & crenisse. Quæ enim, cum pauper esset, aded erat misericors, vt quod suo labore acquirebat, diuideret cum sœcru sua: postquã se vidit diuitem, & abundantem, quomodo credenda est, aperuisse manus suas, vt eleemosynam faceret inopi, & palmas suas extenderet ad pauperem: nam quæ experientia didicit, quid sit esse pauperem; si postea se diuitem cernat, compatitur pauperibus, eorumque necessitatibus subuenit, sicut ipsa cu-

piebat,

piebat, cum pauper esset, diuites subuenire suis. Talis, inquam, non existimat satis esse, vt vnã tantum palmam extendat, sed *vtramque*; & vtraque manu liberalem eleemosynam facit: magnæ felicitati suæ tribuens, quod possit cuicumque miseriam subuenire, sicut Deus ipsius miseriam subuenit: & cogitans, propterea fortasse Deum eduxisse ipsam ex paupertate, quod viderit aded propensam ad eleemosynas erogandas.

Et quis non existimet, DEVM direxisse matrimonium illud inter Booz misericordem & Ruth etiam misericordem, & coniunxisse virum ad eleemosynas faciendas propensum, cum vxore eandem habente propensionem, vt vterque simul & vnã in eis erogandis se exercerent: nouit DEVS huiusmodi coniunctiones facere, vt eleemosynæ vtraque manu liberalius erogentur: & maritus eas faciat per manus vxoris, & vxor viri manus ad eandem faciendas alliciat; & impellat. Sic enim ipse vir redditur clarior, & nobilior ob insignem vxoris suæ virtutem: sicut Salomon dixit, *nobilem esse in portis virum eius, quando sederit cum Senatoribus terræ*. Quamuis enim Booz ex se habuerit insignem nobilitatem inter senes & iudices ciuitatis: eadem tamen creuit plurimum ob coniugium quod inijt cum muliere aded prudenti & virtuosa. Cui optimè competit, quod omnes illi ciues dixerunt, optantes, *b vt illa esset exemplum virtutis in Ephratha*; quod significat terram valdè *facendam ac frugiferam: & habet celebre nomen in Bethlehem*, quod significat *domum panis*. Domus enim misericordium coniugum est Ephrata quædam, & Bethlehem, in qua egentes panem inueniunt; & fructus, qui in ea sunt, colligunt: ex quo nomen eius sit valdè celebre, & ab omnibus benedicuntur, quia ipsamet eius opera illam laudant ac benedicunt, sicut apparuit in nostra Ruth, cui etiam illud aptare possumus: *date ei de fructu manuum suarum, & laudent eum in portis opera eius*. Nam in portis ciuitatis Bethlehem innotuit eius virtus, & opera eius fuerunt promulgata; ibique dedit ei DEVS fructum manuum suarum, remunerans bona eius opera felicibus aded euentis.

SVRREXERVNT, inquit, *filii eius, & beatissimam predicauerunt, vir eius, & laudauit eam*. Quis enim maior fuit virtutum ipsius Ruth prædicator, quàm ipsemet Booz vir eius? tales enim erant illæ, vt ab omnibus prudentibus laudari mererentur. Et quamuis non nisi vnicum habuerit filium, at ille pluribus præstitit. Nam & mulieres vicinæ dixerunt Noëmi: *multo tibi melior est, Ruth, filius, quam si septem haberet filios*, quasi præuiderent, illum progenitorem futurum illustri domus & familiæ Regis *Dauid*, & cæterorum Regum Iuda vsque ad Iesum Christum Seruatorem nostrum, Regem Regum, & Dominum dominantium. Qui etiam hanc suam progenitricem laudat, beatamque prædicat, cum voluit heroicæ eius virtutes in libros sa-

Misericordia dicit.

Dei prouidentia.

b Ruth. 4. 11.

Misericordia illustrat.

Ruth. 4. 15.

ctos referri; vt in tota Ecclesia *militante* propter eas laudaretur, ac prædica-
retur: sicut etiam nunc est in Ecclesia *triumphante*, in qua cum ipso Saluato-
re, qui ex eius genere ortus est, regnat in æternum.

CAPVT XII.

CONIUGES POSSE EXCELLENTIEM PERFECTIO-
nem consequi, mortificatis nimis rerum huius vitæ affectibus:
certisq; temporibus orationi incumbendo.



VAMVS matrimonij status cæterorum legis Euangelice
sit *imperfectissimus*: potest tamen in eo *alissima* obtineri
perfectio eorum, qui sunt in statibus perfectissimis. Nam
(vt supra est dictum) gratia Dei non est reuera statibus al-
ligata: & stupenda sua efficacitate solet interdum statuum
imperfectiones supplere, & heroicam sanctitatem ei
communicare, qui est in statu imperfecto, quemadmo-
dum fecit in lege antiqua cum multis viris coniugatis; qui exemplar esse
possunt, & speculum religiosorum, quales fuerunt Abraham, Iob, Moyses,
Dauid, & sancti alij Patriarchæ, Prophetæ, & Reges. Et quamuis in lege
noua emineat magis status Continentiæ & Religionis: tamen etiam in sta-
tu *matrimonij* fortissimi fuerunt martyres, sanctissimi Confessores, clarissi-
mi Reges, aliæq; personæ heroicarum valde virtutum, & etiamnum sunt
multæ valde insignes, quæ ad supremum Christianæ perfectionis culmen
perueniunt per *duo* illa media efficacissima, quæ ad id nobis suppetunt, MOR-
TIFICATIONEM scilicet, & ORATIONEM: ascendendo (vt ait sponsa) a *ad mon-*
tem myrrhe, ad eam colligendâ, quæ in matrimonij statu est plurima; & inde
pergendo ad *collem thuris*: quia mortificatio illos impellit ad orationem, &
hæc eisdem iuuat, vt bene ipsis mortificatio succedat: ad quam inprimis
eos exhortatur Apostolus, dicens: *b hoc dico fratres: tempus breue est: reliquum*
est, vt es, qui habent uxores, tanquam non habentes sint, es qui sient, tanquam non
sientes; es qui gaudent tanquam non gaudentes; es qui emunt, tanquam non possi-
dentes; es qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur: præterit enim figura hu-
ius mundi. Quibus verbis summam insinuauit Apostolus necessaria om-
nia consilia ad moderandos & reprimendos affectus ad personas, & res sta-
tibus suis annexas: in quarum *moderatione* propria illorum perfectio con-
sistit. Quæ tamen monita siue documenta & inchoat, & finit Apostolus,

positis

Tract. 1.6.7.

a Cant. 4.6

b 1. Cor. 7.
29.

positis sententijs *brevitatis huius vitæ, & mundi vanitatis*, cuius pulchritudo & figura exterior magna velocitate præterit, & summa brevitare finitur. Nihil enim aded homines continet ac frenat, atque quod ad oëulum vident, omnia sibi finiri in morte; & ipsum matrimonium ac reliqua ipsi coniuncta *brevissimo* tempore duratura: finem verò bonæ vitæ fore *æternum*.

§. I. Coniugum mortificatio.

PRIMUM Apostoli consilium est, vt coniuges mutuam inter se amorem, & erga filios, ac cognatos, *ratione moderentur*. Et hoc intelligit, cum dicit: *qui habent, tanquam non habentes sint*, vt ita scilicet viuant ab amore carnis sensuali remoti, & expediti, vt ille eos non impediât, aut retrahat ab obsequio Dei, magis quam si coniuges non essent, aut filios non haberent. Is, ait S. Gregorius, vxorem habet, quasi non haberet, qui nunquam eius gratia aut amore aliquid mali facit, nec rectitudinem deserit puræ suæ intentionis: & ita carnis curam suscipit, vt ad spiritus gaudia suspiret. Omitto gradum illum altissimum habendi vxorem quasi non habeatur, cum scilicet coniuges ipsi *continentiam* seruant, sicut S. Ioseph & Beatissima Virgo; S. Chrysanthus, & Sancta Daria, alijq; similes: nam hoc consilium rarissimum est: & aliàs sufficit amorem ipsum & carnis desiderium valdè mortificatum habere, & prudentiæ regulis adstrictum: vt scilicet contenti sint, quod matrimonij debitum soluant, cum illis circumstantijs, quas dicit ipsa ratio: & abstinendo ad tempus (vt ait Apostolus) propter fines, de quibus paulò inferiùs dicemus.

SECUNDVM consilium est, vt studeant, tristitiam & lachrymas in huius vitæ aduersitatibus moderari, quales sunt paupertas, ignominia, mores improbi, morbi, filiorum mortes, alijq; infelices euentus, qui præcipuè solent coniuges vexare: & hoc est *flere quasi non flerent*. Flentes scilicet, & tristitiam sentientes in huiusmodi casibus, quia hominum est eos sentire, siquidem S. Iob dixit: *a ne fortitudo lapidum fortitudo nostra, nec caro nostra anea est*: ita tamen flere debent, vt, quæ ad obsequium diuinum spectant, non impediuntur, aut retardentur: sed seipsos consolentur, cogitantes, *brem fore finem eius planctus, & calamitatis temporalis*: venturam verò quietem & felicitatem *æternam*: sibi etiam persuadentes, DEVM esse, qui in rebus *temporalibus* eos premat, vt proficiant in *spiritualibus*.

HVC consilio tertium coniungitur, vt & *lætitiã* & gaudium ex huius vitæ prosperitatibus moderentur, vt *qui gaudent quasi non gaudentes sint*, tali scilicet moderatione gaudeant, vt non declinent in leuitatem aut superbiam, & aliquo modo sit causa diuinam legem transgrediendi: sed me-

1.
Amor mundum moderatus.

3. p. Pass.
admonit.
28.
cc

Continentia certari.

2.
Luctus moderatus in Aduersis.
a Iob. 6. 12.

3.
Læticia in prospera temperata.

Diei nox
succedit.
To. 1. tract.
2. s. 10.

minerint, quemadmodum auersitates citò transeant, ita etiam prosperitates pertransire. Cùm igitur aliæ alijs succedant: affectus, quem hæc in anima faciunt, moderandus ac temperandus est memoria eius, quem efficiunt illæ, cùm succedent: ut sic sint ipsi vtrisque superiores, quemadmodum suo loco dictum est.

4.
Desideria
franguntur.

QUARTVM consilium est, ut etiam affectum moderentur ad ea, quæ cùm non habeant, habere tamen *desiderant*, quod insinuat verbis illis: *qui emunt tanquam non possidentes sint*, quod est dicere, si in id laborem impenditis, ut aliqua temporalia bona ad vestræ domus ac familiæ sustentationem acquiratis, id facite corde quodam à cupiditate alieno, atque si talia bona non pro vobis ipsis quæreretis: ita ut eorum acquirendorū causa, etiam si vtilia valde aut necessaria videantur, nullum peccatum admittatis. Simili autem modo quærenda vobis sunt *officia* ac dignitates Reip. ac reliquarum rerum huius mundi: animo inquam puro & expedito, ab inordinato earum amore: nullis etiam malis medijs adhibitis, imò neque ea habere ac possidere velitis, nisi in eum finem, ut cum illis Deo inseruiatis.

5.
Vsu mode-
ratus.

Impij mun-
do fruuntur.

b Sap. 2. 6.

Iusti vise v-
suntur.

c Mat. 16. 10

Anima im-
par v. undo.

HVC affine est *ultimum* consilium, ad moderatum scilicet & accommodatum rerum, quæ iam possidentur, usum, *utentes*, ait Apostolus *hoc mundo* rebusque omnibus, quas ille in se complectitur *quasi non utentes*. Perpendit autem egregie S. Thomas, quod non dixerit Apostolus: *qui fruuntur* hoc mundo: sed *qui utuntur*, nam frui hoc mundo in proprio huius vocis *FRUI* sensu, est proprium hominum peccatorum, qui ultimum suum finem in rebus huius vitæ collocant; DEVM deserentes, ut eis frui liceat, dicentes, quod refert Sapiens: *b fruamur bonis, quæ sunt*. *VTI* autem mundo, est, res eius tanquam *media* applicare, ad consequendum *finem*, in quem illæ sunt destinatæ: & hoc est proprium *Iustorum*, qui, ut maiorem consequantur perfectionem, ita illis uti debent, ac si non uterentur, corde inquam aded expoliato & expedito ab earum affectu, ut parati sint abstinere ab eis, & à se abijcere, quodocumque DEO ita placuerit; & ad præstandum, quod ille iubet, aut fuerit ita conueniens: ita ut neque ad eas conseruandas, nec ut eis uti possint, in præcipuo illo capite deesse velint, quod ad animæ suæ salutem, ac DEO placendum pertinet. Memores illius Christi Domini sententiæ: *c quid prodest homini, si mundum vniuersum lucretur, anima vero sua detrimentum patiat? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui, cum Angelis suis: Et tunc reddet unicuique secundum opera eius*. Cuius hic est sensus: si animam tuam pro omnibus huius mundi rebus simul sumptis ita commutes, ut pro eis acquirendis, aut conseruandis eam perdas: quem fructum in die Iudicij inde habebis: quando supremus iudex te secundum

tua

tua opera est iudicaturus? Nam, si hæc *iniqua* fuerunt, nullam ipse ratio-
nem ducens bonorum mundi, quæ acquisisti, possidisti, condemnabit
te ad æternos ignes. Cum igitur aded velociter *prætereat figura huius mundi:*
utere eo, quasi non uteris. ut in nouissimo illo die Deus remuneret fidelia
tua obsequia æterna felicitate & requie. Accipe S. *Iob* tanquam exemplar,
cui conformis esse studeas, par cum enim, ut supra est dictum, status hic si-
gnificatur. Is enim *uxorem* habuit tanquam non haberet; *fleuit*, quasi non
fletet; *gansus* est, tanquam non gauderet; *emit* tanquam non possideret; *u-*
sus denique est hoc mundo, tanquam non uteretur. Cuius rei sufficientem
fidem facit, quod cum Deus abstulit illi *filios, sanitatem, honorem & omnia*
eius bona, id totum admiranda patientia tulerit, conformans se voluntati
Domini, qui ea dederat & abstulerat. Et propriam *uxorem* ad impatien-
tiam ipsum impellentem viriliter reprehendit, ostendens quàm puro amo-
re, & ab inordinato affectu expedito eam amaret, siquidem multò plus
Deum, quàm ipsam diligeret. quare illi dixit: *d quasi una de stultis mulieri-*
bus locuta es. Si bona suscepimus de manu Dei, mala cur nõ suscipiamus. e Dominus
dedit Dominus abstulit: sicut Domino placuit ita factum est: sit nomen Domini be-
neditum. O Virum supra virum, coniugum exemplum, parentum ideam, ac
diuitum exemplar, quem nec prosperitas arrogantem: nec aduersitas pusil-
lanimem fecit, aut diffidentem; nec amor filiorum illum retraxit ab eis pu-
rificandis per sacrificia, dum uiuerent; nec effecit, ut propter eorum mor-
tem, pacem pristinam amitteret. Notissimæ sunt heroicæ virtutes, quas in
sui status prosperitate exercuit; ob quas prædicatus fuit, & ab ipso Deo lau-
datus; *f cui non esset similis homo in terra:* quas tamen virtutes multò magis cõ-
firmavit ijs, quas tempore aduersitatis exercuit: ut ex ijs intelligamus, et-
iam in statu imperfecto posse vitam esse valdè perfectam, fauente ad id
gratia diuina, quæ in Matrimonij Sacramento Coniugibus Euangelicæ Le-
gis confertur, ut cum maiori suauitate efficacitate obtinere possint *sanctita-*
tem, quam insignes legis antiquæ coniuges obtinuerunt.

§. II. *Coniugum exercitium Orationis.*

MORTIFICATIONI prædictæ coniungendum est exercitium o-
rationis: quod non erit aded difficile, si duo illa impedimenta, quæ
huic statui sunt aliis annexa, reformata sint ac temperata, quæ S. Apostolus
a *solicitudinem ac diuisionem* appellat. Nam coniugati sunt sicut Martha, de
multis rebus *soliciti,* & in multas curas *diuisi,* ut mutud sibi placeant, suæque
familie non desint. At mortificatio prædicta, hæc remouet impedimenta:
quæ non tam oriuntur ex rebus, quæ possidentur, aut desiderantur, & quæ-
runtur, quàm ex nimio cordis ad ea affectu: quare, hoc mortificato, cessabit
turbas & anxia sollicitudo; ipsaque diuisio reduci poterit ad *unum necessa-*

S. Iob me-
deratio.

d Iob. 2. 10.
e Ca. 1. 21.

f Iob 1. 8.
S. Iob ambi
dexter.

11. Co. 7. 32.
Sollicitudo
& diuisio
impedim-
ta orationis.

b Luc. 10. 24.

c 1. Pet. 5. 7

Dei prouidentia.

d Tob. 6. 18.
e. 3. 4.Duplex
matrimonium.Hom. 20 in
Ep ad Ephes
Coniuges simul
orant.

e Mat. 18. 19

Sanctitas
& Charitas.Oratio quod
vidiana.

f Ps. 118. 164

g Ps. 141.

h Eph. c. 18.

i Tim. 2. 8.

rium, ad placendum scilicet soli Deo in omnibus, quæ facient, aut desiderabunt: prouidentes (vt ait S. Petrus) in eum omnem sollicitudinem status ac familiae suæ, cui cura est de omnibus, & cuius prouidentia coniugatos protegit, sicut continentes. Quare cum eius auxilio & fauore licebit illis Deum sine impedimento certis diei temporibus orare. Vt videre licet in ijs, quæ duo illi Sancti Tobias & Sara fecerunt, nam Raphaelis Angeli consilium sequentes, tribus primis noctibus nuptiarum, quibus aliàs iuuenilis concupiscentiæ ardor, vehementior esse solet, nouerunt se ipsos mortificare, & concupiscentiam domare & ex cubiculo, in quo dormiendum erat, locum orationis facere: dicente sancto illo iuene sponsæ suæ: d Sara, exurge, & deprecemur Deum hodie & cras, & secundum cras: quia his tribus noctibus Deo iungimur: tertia ante transacta nocte in nostro erimus coniugio: quid autem hoc aliud est, quàm duplex matrimonium distinguere, alterum animarum spirituale, alterum corporis carnale? Et primum esse cum Deo, quod contrahitur per amorem & orationem, quod etiam præcedere & comitari debet secundum, vt felicem fortiat exitum, si prius Spiritu coniungantur cælesti sponso, à quo puritas omnis, & animarum sanctitas prouenit; vt ipse det conuenientem corporibus puritatem, & virtutes heroicæ, quæ corda purificant. Sed magnum latet mysterium, quod Sacer textus de duobus his Sanctis Coniugibus subdit: Surgentes instanter orabant ambo simul: est enim singulare donum & felicitas, vt vterque coniunx SIMUL conueniat ad hæc animæ exercitia suo tempore facienda, ita vt (quemadmodum ait S. Chrysostomus) sint preces communes, vtrique scilicet, vt vnà ad Ecclesiam se conferant, aut in proprium Oratorium recipiant. Si enim, cum alter vult orare; alter garrere velit, aut ludere: neque contentus & quietus esset. Si autem vterque cum bono Spiritu consentiant: alter alterum in oratione accendit, seseque mutuo iuuant, ad perseverandum in ea; & exaudiuntur à Deo, & ab eius misericordia proteguntur ac defenduntur: ipse enim dixit: e si duo, cum voluntatum concordia & vnione consenserint super terram omnem rem quamcumque petierint, obtenturos à patre cælesti, eod quod ipse Christus sit in medio eorum. Quid autem præcipue petendum illis est, nisi vitæ sanctiæ, & in vnitione charitatis perseverantia, donec eod perueniat, vt sit æterna.

Ad hoc igitur necesse est, quotidie exercitium orationis continuare, ita vt neque curæ, neque occupationes huius status in causa esse possint, vt exercitium ad eod nobile, & vtile deferatur. quemadmodum Sanctus ille Rex, qui et si curis & cogitationibus vxorum, filiorum, & familiæ, & magni etiã regni occuparetur; semper tamen tempus inueniebat, vt f sepius in die laudes diceret Deo; & g vespere, & manè, & meridie narraret, & annuntiaret mirabilia eius. Et Apóstolus eodem exhortatur, ad orandū h in omni tempore, in omni

loco, & cum magna instantia; & abstinentium ex mutuo & consensu ad tempus, vsu
 matrimonij, vt vacent orationi, quale esset tempus præcipuorum festorum, Ad
 uentus Domini, & Quadragesimæ, quibus temporibus plures horæ merito
 huic exercitio darentur; & seiplos aptiores redderent mortificatione de-
 lectationis aliâs licitæ, excitantes in se fiduciam in Deum, quod sic possint
 ad sublimitatem montis *myrrha* & collis *thuris* peruenire: quemadmodum
 Moyles, Dauid, alijque magni sancti in eodem statu constituti ascenderunt.
 Refert quoque plurimum orationis exercitium, ad pericula euadenda, in
 quibus versantur. Nam teste S. Basilio, quod quis magis immerfus est mudo,
 eò magis indiget vigilia & oratione; eò quod maioribus periculis circum-
 detur, & à pluribus tentationibus impugnetur. Cum igitur occupationes
 curæque temporales sint magis importunæ, necesse est ad orationem recur-
 rere: vt solatium aliquod in Deo accipiatur, & lux cœlestis ad emergendum
 ex illis obtineatur. Quemadmodum S. Hieronymus cuidam matronæ cõ-
 iugatæ consuluit, dicens: ita domus tuæ curam gerere debes, vt etiam anima
 tuæ aliquam accipias quietem. Quæras tibi conuenientem aliquem locum
 à familiæ strepitu aliquantò separatam, ad quem tanquam ad portum, cu-
 rarum tempestatem fugiens, te recipias. In quò tantum esse debet rerum
 diuinarum lectio, oratio continua, & rerum alterius vitæ cogitationes ad-
 eò solidæ ac firmæ, vt hoc temporis spatio ab occupationibus vacuo respi-
 res, & quasi compensationem occupationum reliqui temporis diei recupe-
 res. Nec hoc tibi dicimus, vt à regimine tuæ domus te abstrahamus: sed
 potius vt ibi discas & cogites, quomodo te in ea gubernatione gerere debe-
 as. Hæc S. Hieronymus, sed quoniam de hac virtute alijs in locis fusiùs est ac-
 tum, imponamus hic finem allato Apostolico cõsilio, quod cum tempus pro-
 merendi sit breue, & figura huius mundi velociter prætereat, Coniugati in rebus
 hisce temporalibus ita versentur, vt non amittant æternas; sed studeant ma-
 gna vitæ spiritualis incrementa acquirere per media, quæ proposuimus.
 Nam vt S. Chrysostomus dixit) si quis matrimonium contraxerit, istaque
 obserauerit, non multò minor illis erit, qui solitariè viuunt; neque infe-
 rior erit Coniugatus non Coniugatis: consequetur enim & ample-
 ctetur substantiam & perfectionem virtutum, quæ
 sunt aliorum propriæ.

(x x)

1. Cor. 7. 5.

55.

Abstinentia

Ser. de Abd.

rum.

secularis

plur orant.

Ep. ad Celas

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

CAPVT XIII.

DE RESIGNATIONE CONIUGES VIDUITATEM à Deo immiffam accipere debent, & status huius bona.



Viduitas
à solo Deo.

Siccine separas
amara
mors?
Tom. I.
Tract. 5.

Dei prouidentia.

Mortis
commoda.
à Sap. 4. 7.

Tempora in
Dei potestate.

Ex morte alterius coniugum oritur status VIDUITATIS, cuius illa est excellentia singularis, quod in eum ingressus sit ab omni deceptione liber & expeditus. Ordinariè enim nullus ad eum accedit ex propria electione & voluntate, sed consilio ac prouidentia Dei, in cuius manibus est vita & mors: qui ut Coniuges matrimonio coniungit; ita alterius morte illos separat, relinquens superstitem liberum ab onere & obligatione, qua altero viuente tenebatur. Quamuis enim *diuisio* hæc grauis non sit illis Coniugibus, qui non bene inter se conueniebant, quorum vita est ipsa morte grauior, ob animorum dissensionem: illis tamen, quibus in matrimonio bene est, semper hæc diuisio est valde amara, nec aliud solatium maius habent, quam quod Deus ipse illam fecerit, absque cuius prouidentia non eueniunt mala pœnæ, ut alio loco dictum est.

Ex hoc fundamento deducere possunt Coniugati, quam debeant in hac ab inuicem disunctione, cum voluntate diuina conformitatem habere, innitentes tribus præcipuis rationibus, vni scilicet ex parte ipsius Dei, diuisionem hanc facientis; alteri ex parte coniugis morientis; tertiæ ex parte superstitis. Sapiencia enim ac prouidentia Dei ita omnia dirigit in bonum suorum electorum; ut tam vita, quam mors in eorum cedat lucram. Ideoque cum alterum coniugum accipit, & alterum relinquit: non est minus utilis mors morienti, quam sit ipsa vita remanenti: morte enim prohibet torrentem præteritorum peccatorum; & quem minabatur, futurorum; finem imponit tentationibus, periculis, miserijs, vitæque huius mortalitatis calamitatibus, offerens æternæ gloriæ possessionem, aut pignus certum ad eam perueniendi. Ideo enim dixit Sapiens: *a iustus si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit*, diuina enim prouidentia in tali occasione eius mortem esse voluit, ut illi esset transitus ad æternam requiem. Quis igitur mortem non acceptet, in quacunque hora venerit, si viam hanc fidem habeat, quod paterna Dei prouidentia eam ad eius dirigat vtilitatem? quod si necesse est Coniuges aliquo tempore ab inuicem separari: quodnam apertius censendum est eo, quod constituit & præscribit Deus? qui infinita sua sapiencia nouit amicitiam inter ipsos non fore ipsis vtilem, si diutius protrahere

traheretur; & quoniam amoretiam in cœlo perdurat, estque vehementior ac solidior, qui eo præcedit, operam dabit vt alteri obtineat, vt suo tempore ad eundem locum perueniat: sicut etiam qui superstes est, per Sacra, Orationes, & Eleemosynas, iuuat & à Deo impetrat, vt qui mortuus est, ad suam requiem citius perueniat.

DEINDE morte alterius coniugis probat Deus alterius fidelitatem & resignationem; qui si verè fidelis est Deo, ei que se resignauit, merito acceptare debet mortem sui socij cum humilitate, & sine querelis: sed gratias potius agat ob tempus, quo illum superstitem in hac vita habuit; & agnoscat, fatebiturque non facere ipsi iniuriam, qui repetit, quod ad tempus sibi placitum, commodauerat. Rationi etiam consentaneum est, pluris facere diuinæ prouidentie consilia, quàm proprium solatium. Et cum Christus Dominus Noster dicat: *b qui non odit suam uxorem, eum non posse esse ipsius discipulum*, ac proinde, neque eam qua non odit virum suum; exuendo, vti dictum est, cor suum à nimio erga eum amore; & paratam promptamque se exhibendo ad socium suum, quando Deo ita placuerit, relinquendum: par est, id totum opere ipso ostendere, quando mors aduenerit: corde valde resignato, dicendo, quod dixit Iob: *c Dominus dedit mihi hunc socium, & Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est: si nomen eius benedictum in æternum*. Cogitet qui superstes est, dici sibi à Domino quod in simili alio casu dixit Ezechieli: *d fili hominis: ecce ego tollo à te desiderabile oculorum tuorum in plaga: & non planges, neque plorabis, neque fluent lachryma tua. Ingemisce, tacens, mortuorum iuclum non facies, & mox subdit: mortua est uxor mea vespere: fecique mane, sicut praeceperat mihi*. Ex quo colligit Sanctus Hieronymus, quod Deus uxorem Ezechielis appellauerit *desiderabile oculorum eius*, quia nihil magis vir amat, quàm bonam & prudentem uxorem, cum qua Deus ipsum coniunxit. & nihilominus: quado Deus illam aufert, debet vir ita eius ordinationi acquiescere, vt non plangat, aut nimia alia externa signa edat hominum impatientium, & parum resignatorum. Quia sufficiens solatium illi esse debet verbum illud: *ecce ego tollo à te*, ego, inquam, Deus tuus, ego pater tuus, ego qui eam tibi dederam. Ego accipio quod magis meum est, quàm tuum. Et quamuis hoc sit *in plagam*, & in pœnam, non tamen est in tuum, vel illius damnus; sed quia ita ego statuo ad vestram vilitatem. Sufficere autem tibi debet, quod mihi ita placeat, vt & tibi arrideat; & ne plangas, aut nimium tristeris.

Hv c accedit, quod Christiani Coniuges (vt ait Apostolus) non debent e contristari sicut ceteri gentiles, qui nec fidem nec spem habent resurrectionis, vitæque æternæ; sed mutuo se ipsos consolari illa spe simul se in cœlo videndi cum maiori amore, quiete, & gloria, quam in terra ha-

Coniuges
post mortem
se inuicem
iuuent.

2.
Fidelitas &
resignatio in
viduitate.

b Luc. 14. 26

c Iob. 1. 21.

3.
d Ezech. 24
10.
Deus facit
viduos.

4.
e 1. Th. 4. 11

buerint

Ad odorem
luctus.

Luc. 22. 4.

Tom. 1.
Trac. 1. c. 4.
Mortui vi-
uos inui-
sant.

5.

g Gen. 35. 18

Iacobi mo-
deratio &
prudentia.
h Eccl. 38. 16

buerint. Sed quoniam humanus sensus impediri non potest, dixit Deus Ezechielis: *ingemisce tacens*, hoc est, ita prudenter ac temperatè ingemiscas, ut ex ore tuo nec verbum prodeat querelarum, murmurationis, aut impatientia: quod si quà verba proferes, da operam, ut sint ad glorificandum ipsum DEVM, gratiasque agendas, quod ita tecum egerit, dicens: *non mea voluntas Domine fiat, sed tua*. Ego, Domine, vnum eram cum ea, quam mihi sociam dedisti; per cuius mortem media pars mei ipsius extincta est: reliquam mediam partem, quæ superest, tibi offero: sicut de illa fecisti, quod volebas, ita de me fac, quod volueris, tanquam de re tua.

HINC etiam commodum educit Dominus ex morte alterius Coniugis, monetur enim alter, quod sit mortalis, & citò ad futuram horam, qua & ipse moriatur; ac proinde vitæ suæ emendationem & feruorem acceleret: persuadens sibi, mortem alterius (ut supra dictum est) vocem esse Dei, qua illum excitat, & impellit ad hoc, ut feruens sit & in Dei obsequio constans: Cumque potuisset æquè ipsum è medio auferre, sicut abstulit alterum utatur ipse hac occasione in finem, quem Deus querit.

HIS considerationibus temperandæ ac moderandæ sunt tristitiæ ac desolationes, sicut fecit magnus ille Patriarcha, *Iacob* qui etsi tenerrimè diligeret vxorem suam Rachel: cum tamen illa, occasione partus è vita decessit, non edidit extrema illa tristitiæ indicia, quæ in alijs casibus: sed potius, cum mater filium g vocaret *Benoni*, id est, *filium doloris mei*: ipse pater appellauit eum *Beniamin*, id est, *filiū dextra*: quia in toto illo euentu agnoscebat potentem Dei manum; non quamcunq; sed *dextram*, quæ indicat bonam fortunam: neque enim aduersa fors esse potest, quæ à tali prouenit manu. Quamuis autem natura, mortis socium *dolorem* sentiat: gratia tamen, *misericordiam* de manu Dei eam inferentis agnoscit. Quæ manus *blanda* est erga electos, quamuis aliquibus *gravis* esse videatur. Noluit etiam infantem *filiū doloris* appellari, ne ipsum nomen perpetuum quoddam excitatorium esset doloris & fletus, quem mors matris ipsi attulisset, in quo dolore, ut supra diximus, terminus & moderatio adesse debet, quamuis ex morte dilectissimæ alicuius personæ ortum habuerit. Iuxta illud Ecclesiastici: *h filium mortuum produc lachrymas, & quasi dira passus incipe plorare, & secundum iudicium, & receptam consuetudinem contege corpus illius, & non despicias aut negligas sepulturam illius. propter delaturam autem, ut scilicet ex domo auferatur, amare fer luctum illius vno die, consolare propter tristitiam, ne ab ea absorbearis: & fac luctum, siue luge secundum meritum eius vno die, vel duobus propter detractionem, ne dicatur, quod eum non amaueris, ne dederis in tristitia cor tuum: sed repelle eam a te: & memento nouissimorum, nec obliuiscaris mortis tuæ: neque enim est conuersio, nam tuis lachrymis mortuum non poteris*

reuoca-

reuocare: & tua nimia tristitia huic mortuo nihil proderis, & te ipsum pessima-
bis. *A* tristitia enim nimia festinat mors, & cooperit consumitque virtute, & cor-
dis flectit ceruicem, frangitque robur, cogita mortuum audire dicentem: me-
mor esto iudicii mei; sic enim breui erit tuum: mihi heri & tibi hodie. *C*onsolare il-
lum in exitu spiritus sui, & in requie mortui requiescere, fac memoriam eius, ne e-
uanescat, sed perpetuo duret.

Hæc Spiritus sanctus per os huius Sapiētis, quæ magnis documentis
sunt referta, vt cum discretione ac moderatione fletus fiat ob illorum mor-
tem, quos valde diligimus, declinat tamen *duobus* extremis: altero eorum,
qui Stoicorum more; nec gemunt, nec sensus præbent indicium: quasi reli-
gioni tribuentes, si contra faciant, cum tamen magnam præbeant occasio-
nem contra ipsos murmurandi, ob neglecta amoris indicia in mortuum. Al-
terum extremum est eorum, qui flent nimium absque defuncti vtilitate, &
cum detrimento proprio: proijcientes (vt vulgo dicitur) funem post vnam a-
missam, & periculo se exponentes ob nimiam suam tristitiam moriendi
cum eo, qui moritur. Medium autem inter hæc duo extrema tenendum est,
flendol scilicet *vno vel duobus diebus*: hoc est conuenienti tempore, iuxta me-
rita defuncti, & amorem ac obligationem, qua illi obstrictus eras; & iuxta
detrimentum, quod domui tuæ, aut Reipub. ex eius morte euenit, ob præ-
claras eius dotes.

COGITA autem & agnosce, veram amicitiam in eo esse positam, vt illi, in
extremis laboranti assistas, consolando & animando eum, vt cum tranqui-
litate & solatio moriatur. Hoc est enim quod ait: *requiescere fac memoriam il-
lius*, spe scilicet bonorum æternorum: recipiens in te curam rerum eius tem-
poralium; & maxime, quæ ad animam pertinent: imò & sepulchri, in quo a-
liquid colloces, quod eius memoriam referat, ac exprimat, eum in modum
quo iacob erexit titulum super sepulchrum Rachel, pyramidem scilicet, aut
magnum alium lapidem, in quo esset titulus monumenti Raebel, vt eius me-
moria semper ibi permaneret; aut quod suadebat Tobias: *k panem & vinum
super sepulchram iusti constituendo*: vt hac oblatione memoriam eius conser-
ues eiusque animæ benè facias iuuando eam, vt à Purgatorio expedita, citi-
us ad æternam cæli requiem perueniat.

S. I. Bona Viduitatis.

PROPOSITIS hætenus rationibus solatij, & illam addere licet, quæ
oritur ex status viduitatis præstantia: nam matrimonio per alterius
Coniugis mortem dissoluto, status succedit viduitatis: qui ob con-
tinentiam, quam profiteretur, excelsior est statu matrimonij, iuxta illud Apo-
stoli: *a quæ sub viro est mulier viuente viro alligata est legi: si autem mortuus*

Extrema
vitanda.

Medium
seruandum

i Gen. 25. 20
Vera amicitia
erga
mortuos.
k Tob. 4. 18.

a Rom. 2. 27

b I. Co. 7. 39 fuerit, vir eius, soluta est a lege viri, ut cui velit: nubat. b Beatior autē erit, si sic permanserit secundum meum consilium: puto autem quod & ego Spiritum Dei habeam, ut tale consilium dare possim. Idem autem intelligendum est de viro, mortua eius vxore.

Nuptia secunda licita.

c I. Co. 7. 9.

d I. Ti. 5. 14.

Quibus verbis duas veritates certissimas tanquam solida quædam fundamenta huius argumenti iecit Apostolus: prima est quod mortuo altero Coniugum, alter: qui superstes est, maneat ita liber, ut, si velit, licitè & liberè possit secundum contrahere matrimonium, sicut primum contraxit: nam solutis primis nuptijs nunquam Christus Dominus Noster, nec eius Ecclesia prohibuit secundas; & eadem ratione nec tertias, nec quartas, & reliquas quæ eadem ratione succederent. Imò idem Apostolus expressè dixit: *viduis*, non sentientibus in se virtutem & talentam ad se continentium, *ut nubere*. Melius est enim (inquit) nubere, quam vri. & viduis iunioribus, quæ versantur in periculo incontinentiæ, consulit, ut d nubant, nisi continentia voto se obstrinxissent.

Viduitas melior.

Li. 1 contra Iovinian.

Vidua labor duplex & premium.

SED hoc periculo è medio sublato, locum habet secunda veritas certissima, quòd ex se sit res gloriosior ac perfectior non adire secundas nuptias, sed per totam vitam in viduitate & continentia permanere. Quia hoc est magis conforme voluntati Dei, qui primum vinculum dissoluit: nam licet liberum eis reliquerit, alio vinculo se ligare, quasi carnis imbecillitati compatiens: simul tamen eandem libertatem illis reliquit, ut non transeuntes ad secundas nuptias recentis virtutis materiam haberent, qua renunciarent voluptatibus, quas prius fuerant experti: quamuis ad easdem pro suo libitu redire liceret. Deinde, cum dicit: *beatior fore viduam si sic permanserit*, insinuat propter temporaneam voluptatem, cui renunciat: obtenturam ipsam Spiritualem aliam multò excellentiorem. Et (ut Sanctus Hieronymus ait) quòd fructus sexagesimus trigessimum excedit, utpote duplo minorem; eò viduarum status præcellit statum Coniugum, qui est multò minus perfectus. Et quamuis soleat viduitas duplicatos habere labores, tam ob carnis pugnas: quia graue illi est ab expertis voluptatibus se continere; quarum memoria torquetur: tum propter afflictiones ac desolationes quas adfert secum solitudo, & humana desertio: sed duplicatis hisce laboribus duplicata etiam præmia respondent in hac vita, & futura: in hac enim vita liberat eas Deus à grauissimis matrimonij oneribus & simul eis fauet, tribuens Spiritus voluptates ac delicias, quæ cum statu virginitatis sunt coniunctæ, de quibus excellentijs ac meritis fusius agemus in Tomo sequenti. Ecclesia etiam ipsa semper ijs fauit, qui secundas nuptias non admittunt. Et viri, qui ad eas transeunt manent cum Nota Irregularitatis, aut inhabilitatis ad statum sacerdotalem, & reli-

quos

quos ordines illum precedentes, iuxta illud Apostoli: *e vnus vxoris vir*: eò quòd degenerarint à perfecta matrimonij significatione, vnione scilicet vnus Christi cum vna Ecclesia, cùm enim sacerdotium sit status ad eòd excellus ac purus, non sunt digni, qui ad illum admittantur, si indicia dederunt exigua ad eòd continentia, ad secundas transeuntes nuptias, & secundò ligates se vinculo, quòd iam Deus semel dissoluerat. Et eadem ratione vidua, quæ in primæua Ecclesia ad templi seruitia admittebantur, eandem conditione habere debebant: ita enim Apostolus: *vidua eligatur, non minus sexaginta annorum, quæ fuerit vnus viri vxor*, ac proinde quæ bis nupsissent, tanquam parum continentes, ab illis officijs excludebantur. Ne autem veræ vidua pauperes ac desertæ ad secundas nuptias transfirent, vt suæ paupertati consulerent, vehementer commendabant Apostoli, vt magna earum cura haberetur, ac propterea Apostolus discipulo suo Timotheo, qui Episcopus erat: *VIDVAS* (inquit) *honoranda, quæ veræ viduae sunt*: exhibens eis (vt S. Thomas declarat) *duplicem honorem*, quem Deus iubeat parentibus exhiberi: debitam scilicet *reuerentiam*, & *alimenta necessaria ad vitæ sustentationem*; ne animo deficiant; & videntes, se præteri ac deseri, retrocedant. Vidua (ait S. Ambrosius) non querat rationes, vt repetat nuptias. Nam si dicis te esse *solam*: castitas solitudinem querit; Christusque se comitem tibi præbebit. Si dicas, deesse tibi *intercessorem*, qui tua apud Iudicem agat negotia; & vereri te aduersarium, Deus erit tuus Iudex, aduocatus, & intercessor: is zelabit legem quam tulit, vt magna ratio habeatur causarum pupillorum & viduarum. Dices te non habere *patrimonium*: bonum patrimonium est continentia, quæ magis absoluta Domina est, eius quod habet, quam sit cõiugata. Si dicas te *filios* habere, ac proinde aliquo indigere, qui te in eorum educatione iuuet: ne tamen dicas, sic te consulere liberis, quibus matrem eripis. Si proprios habes hæredes, cur alios quaris? attende, importunã esse pietatem, timere primi mariti filios amare; & occasionem esse discordiæ amorem, quem ipsa natura indidit. Quid autem est alios filios generare, nisi spoliare priores officijs pietatis, & necessitatis subsidijs? quod si dicas te *filios non habere*, ac propterea velle iterum nubere, vt habere possis: vnde scis, id tibi in secundo matrimonio euenturum, quod in primo non contingit: siue quod Deus tibi eos *deneget*, siue quod semel datos *auferat*: puniendo te aut sterilitate, aut orbitate. Hæc summam ex S. Ambrosio, cuius mens & intentio nõ fuit, secundas nuptias damnare; sed exhortari viduas, ne absq; graui necessitate eas ineant; sed liberatatem suam seruent, in quam Deus illas asseruit: vt omnem cogitationem & curam, quam vt marito placerent, adhibeant; nunc adhibeant, vt placeant sponso cælesti, familiariter cum eo per exercitia orationis agendo, vt proximo capite dicitur.

c. 1. Tim. 3.
12.
Bigamia
irregulari-
tas.

Et. Tim. 5. 9

g. 1. Tim. 5. 3.
Vidua ho-
noranda.

L. de viduis
c. S. Hiero.
epist. ad Eu-
riam c. 6.

cc

cc

cc

Tentationes
contra vi-
ditatem.

cc

cc

cc

cc

Viduitas
suadetur,
non praci-
tur.

CAPVT XIV.

QVAS VIRTUTES POTISSIMUM COLERE DEBEANT VIDUÆ, vt sui status perfectionem acquirant.



VAMVIS status viduitatis viris & mulieribus sit communis, propria tamen eius perfectio multò magis eminet in mulieribus, vt quæ ferant, quòd eius status est grauissimum, & laboriosissimum; ideoq; tam Apostoli, quàm Sacri Doctores ad eas dirigunt omnia perfectionis documenta, quæ de hoc argumento tradunt, præcipuè verò Apostolus Paulus, qui duo genera viduarum distinguit, quasdam appellans *verè viduas*; quarum vita conformis est perfectioni sui status; alias verò quasi nomine tantum viduas appellat, dicens: *vidua quæ in delitiis est, viuens mortua est*, quasi dixerit: nomè habet viuentis, sed opera mortuæ; viuunt enim quoad corpus, sed quoad animam est mortua; viuunt in specie & forma exteriori, habitum gestans sanctitatis, sed interius coram Deo mortua est. Cùm enim post viri sui mortem debuisset & ipsa carnis voluptatibus mori, ad easdem reuerfa est, mortem subiens spiritus.

HINC autem alia sequuntur vitia huiusmodi viduarum propria *Sunt enim* (ait Apostolus) *otiosa*, recreationibus addictæ, & laboris hostes: *discunt circuire domos, non solum otiosa, sed & verborosa, & curiosa loquentes quæ non oportet*: à domo enim in domum visitandi causa tota die discurrunt: & hæc vna cogitatio illas occupat, quo nunc, quo paulò post domo exeuntes sint ituræ. *Garrulæ* sunt, & libenter ludicra & leuia loquuntur; otiosis verbis tempus totum terentes: sunt & *curiosa* in aliorum vitis inquirentis, & cognoscendis in iudicando & suspicando malè de proximis: loquentes de eis quæ non expedit: nam quidquid in corde suo suspicantur, leuiter & imprudenter per os effutiunt. Denique viduitatis suæ prætextu eleemosynas extorquent, quibus delitiosè viuunt, expensis patrimonij Christi, quòd verè pertinet ad pauperes: ac deniq; eò perueniunt, vt nubere velint, *irritam facientes primam fidem*, & votum quò se obstrinxerant non nubendi. Has igitur S. Apostolus falsas viduas, aut fictas & mortuas appellat: quia nihil viduitatis habent, quàm *habitum externum*: & vtinam illum aliquando non mirent, sicut illa vidua *Thamar*, de qua ait Scriptura, quòd *depositis viduitatis vestibus*, induit meretricias, vt cum Iuda socero suo ignota coiret: & similiter illa *Jezebel*, quæ cùm esset vidua, *depinxit oculos sibi, & ornauit caput suum*, vt Iehu in Regem electum ad se alliceret. Nam quæ malis huiusmodi moribus

semel

Vidua dupli-
ces.

1. Tim. 5. 5. 6

Mortua.

Otiosa.

Vaga.

Garrula.

Curiosa.

Tandem
meretricias.

Gen. 38. 14.

4. Reg. 9. 30.

semel est imbuta, tardè illos exiit, eò quòd sint valde radicati. Sed omnipotentia DEI quando vult efficacitate suæ gratiæ omnia potest, omnia reformat, ac mutat. Euangelium enim meminit cuiusdam viduæ Samaritanæ, quæ quinquies nupsisset, & vltimò habebat quendam non virum proprium, sed adscititium. Cui tamen Christus Dominus aquæ suæ viuæ guttam vnã obrulit, qua in momento totum ignem eius concupiscentiarum extinxit: fecitque eam magnalium suorum promulgatricem, & prædicatricem.

§. I. Oratio & occupationes viduarum.

HÆC diuina gratia est, quæ facit veras viduas, & perfectas, mundoque & carnis voluptatibus mortuas, vt Christo viuere & spiritus delicijs affluere valeant. Hac gratia pugnas tentationum vincunt, memoriam rerum præteritarum abolent, & transferunt ad æternas: fecerunt enim ex necessitate virtutem, commutantes nuptias carnales cum spiritualibus; & viri amorem in Amorem IESV CHRISTI veri sui sponsi. Et sic se faciunt ipsis Virginibus pares. Nec exigua (ait Sanctus Ambrosius) earum laus est, quod Apostolus eas virginibus æquiparauerit, cum dixit: *mulier inuupta & virgo cogitat, quæ Domini sunt, vt sit sancta corpore & spiritu*, quasi dixerit, eandem sanctitatem & corporis animæque puritatem, quæ virgines ornat, etiam viduas exornare, cum vtræque expeditæ sint ab oneribus matrimonij.

Quare ante omnia studere debent viduæ iuxta Apostoli sententiam, vt *irreprehensibiles sint*, vitamque ducant inculpatam, nihil facientes, quod DEVM offendat, aut homines scandalizet; vtrumque enim hoc illis incumbit: & præcipuè, vt faciant quod DEO placet, & mox quod etiam ab hominibus approbetur, propter DEI amorem. Hoc autem præstabunt, si quatuor illa vitia falsarum viduarum, quæ supra diximus, detestentur. In primis igitur horreant *otiositatem*; dentque operam, vt benè semper occupentur, ne tentator otiosas vnquam illas inueniat; attendant tum ad exercitia pietatis in animæ suæ vtilitatem: tum ad domestica negotia, educando benè filios, si illos habent, & reliquam familiam aptè gubernando, & manuum aliquod opus faciendo; ne *circumeant* per plateas & domos, sed ament recollectionem & solitudinem; DEVM in angulo domus quærentes; nec absque necessitate domo exeant, nisi aut in templum, aut in locum, de quo nulla possit oriri suspicio, idque in causa aliqua iusta, non debent esse *loquaces* aut *garrulæ*, sed silentij amantes: non *curiosæ*, aut se in aliorum vitas inquirentes, sed simplices, ad propriam tuam tantum attendentes: vt bona illa

sint; nec

4.
Cum Samaritana reuertensur.

2.
Vera.

Lib. de viduis.
1. Cor. 7. 34.

1.
1. Tim. 5. 7.
Irreprehensibiles.

Non Otiosa.

Vaga.

Garrula.

Curiosa.

fit; nec murmurantes de alijs, aut occasionem dantes, vt alij de ipsis murmurarent.

2.

1. Tim. 5. 5.
Orationi
dedita.

PRÆCIPVVM autem earum exercitium esse debet ORATIO, de qua S. Apostolus: *qua verè vidua est, & desolata, speret in Deū, & instet obsecrationibus, & orationibus nocte ac die*: quodd est dicere: ipsamet desolatio ac desertio eas inuitat, vt fiduciam suam in Deum, qui viduarum maritus, & desolarum consolator, ac desertorum protector est, collocent. Intelligant, eodem die, quo Deus illis maritum & solatium abstulit, se ipsum in locum mariti & consolatoris succedere voluisse: velle tamen rogari, & importunis orationibus inuitari, ob ingens bonum ex eisdem illis proueniens. Cùm igitur vidua à matrimonij curis sit expedita, prematur verò innumeris necessitatibus, à quibus, vt se expediat, vires habeat valde debiles, exercitium eius maximè continuum & familiare esse debet ORATIO, in qua studere debet, vt maximè emineat; quia ex tali fonte consolationem hauriet, leuamen, & remediū, omneque animæ & corporis bonum, quod ad suum solatium desiderare possit; familiariter agens cum Deo, qui delectatur eam ad huiusmodi secum consuetudinem admittere. Pependit hoc mirabiliter S. Augustinus, scribēs ad viduam quandam nomine Probam: Concerta (inquit) in oratione vincere hoc sæculum, ora in spe, ora fideliter & amanter, ora instanter atque patienter, ora sicut vidua Christi. Quamuis enim ad omnia membra eius, hoc est, ad omnes, qui in eum credunt, & eius corpori sociantur, sicut docuit, orare pertineat, specialiter tamen diligentior cura orationum in scripturis eius viduis inuenitur iniuncta. Nam *dua* fuerunt *Anna* honorabiliter nominatæ, vna *coniugata*, quæ S. Samuelem peperit; alia *vidua*, quæ Sanctum Sanctorum, cùm adhuc infans esset, agnouit. Orauit & coniugata in dolore animi & afflictione cordis, quia filios non habebat: tunc ipsum Samuelem impetrauit, & acceptum Deo reddidit, quia cùm posceret, nouit. Sed oratio eius quomodo ad orationem illam dominicam pertineat, non facile reperitur, nisi quia in eo quod ibi positum est libera nos à malo: non paruum malum videbatur, & nuptam esse, & fructu carere nuptiarum, cùm sola excuset nuptias procreandorum causa filiorum. De illa verò Anna vidua vide quid scriptum sit. Quia non discedebat de templo ieiunijs & obseruationibus seruiēs nocte ac die. Nec aliunde Apostolus, quod & supra commemoravi: *Qua autem verè vidua est, inquit, & desolata, sperabit in Domino, & persistet in orationibus nocte ac die*. Et Dominus cùm semper ad orandū, & non deficientem nos hortaretur; *viduam* commemorauit, quæ licet iniquum & impium iudicem, ac Dei & hominum contemptorem ad audiendam causam suam assidue interpellando conuertit. Quam ergò præ cæteris viduæ debeant vacare orationibus, iatis hinc intelligi potest, quodd omnibus ad suscipiendum

Epist. 121.

cap. 16.

Et 1. & 2. ca.

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

1. Tim. 5. 5.

Luc. 18. 1.

»

»

»

»

»

orandi

orandi studium, de viduis propositum est exhortationis exemplum. Quid autem in hoc operis genere in viduis electum est, nisi *desitutio* & *desolutio*? Quapropter si se omnis anima intelligat in hoc saeculo desitutam, atque desolutam, quam diu peregrinatur a Domino, profecto quandam viduitate suam Deo defensori assidua & impensissima precatione commendat. Ora ergo ut *vidua* Christi, nondum habens eius conspectum, cuius precaris auxilium. Et licet sis ditissima, sicut *pauper* ora. Nondum enim veras futuri saeculi diuitias habes, vbi nulla damna formides. Licet habeas filios & nepotes numerosamque familiam, quod & supra dictum est, sicut *desoluta* ora: incerta sunt enim omnia temporalia, etiam vsque in finem vitae huius in nostram consolationem mansura. Tu autem si ea, quae sursum sunt, quaeris, & sapientia aeterna, & certa desideras, quae quam diu nondum habes, etiam saluis omnibus atque obsequentibus tuis tanquam *desolutam* deputare te debes.

Hae sunt S. Augustini verba quibus viduam illam, quae & filios & nurus, magnasque diuitias habebat, exhortatur, ne a continua ORATIONE desistat, quae status eius adeo propria est: quamuis nec solitudinem, nec desitutionem haberet, qua alia ut plurimum laborant, nam qui mundum hunc adeo praecipitem ac periculis plenum incolit; semper se debet solum ac desitutum reputare. Quamobrem tota haec in orando diligentia necessaria est ad conseruandam continentiam, & tentationibus contra eam insurgentibus resistendum: ut suo loco dicemus.

PROPTER eandem causam valde expedit viduis abhorreere a blanditijs, quas Apostolus delicias appellat; tam in vestibus, quam in cibis & ornatu domestico. Cum enim nuptiae erant, oportebat se in his omnibus *virorum* voluntatibus conformare: at nunc (ait S. Augustinus) solum se debet conformare cum voluntate DEI; nec aliquid curare, quam, ut ipsi placeat. Christiana vidua (ait S. Fulgentius) cur debet animam suam vinculis huius mundi alligare? siquidem, viro suo mortuo, ita se gerere debet, atque si & ipsa mortua esset. cum igitur causa cessauit curatum huius saeculi: par est eiusdem cogitationes cessare. Et quemadmodum antea corpus suum ornabat, ut viro placeret, qui corporis eius pulchritudine delectabatur: ita nunc spiritualiter ornare se debet, ut Christo placeat, qui in spiritus pulchritudine sibi complacet. *Vestimenta* igitur tua talia sint, ut non a libidinem, sed ad continentiam potius excitent; non cum dissolutione relaxent, sed cum timore coarceant; quae carnis concupiscentiam non foueant, sed reprimant, placeantque filio Dei: exhibendo te castam & puram in oculis diuini tui sponsi, carnem tuam desiderantis non splendentem: sed pallidam: complacet enim sibi in pulchritudine animae, quae corporis castigatione obtinetur. Comedant *carnes* (ait S. Hieronymus) quae carni seruiunt, quae

Desolutio
facit orare.

cc
cc
cc
cc
cc
cc

Omnia ho-
mo desola-
tus.

cc
cc
cc

3.
Delictijs ab-
stine. nr.
Lib. de bono
viduis c. 16.

Vestes qua-
les?
Forma.]

Ieiunium. maritis alligata, generationi & liberis dant operam: Tu verò, quæ in tumultu mariti sepelisti omnes pariter voluptates, nihil habes necesse aliud, nisi perseverare in ieiunio, cum dicat Apostolus: *viduam quæ in deliciis est, viventem esse mortuam*, ignaris enim & insipientibus vivere videtur; sed Christo, qui etiam occulta videt, mortua est.

§. II. *Predicta confirmantur exemplis Sanctarum Viduarum.*

Iudith.

a Iudith. 8.7

Oratio continua.

Pœnitentia.

Zelus animarum.

OMNIVM quæ diximus, præclarum licet videre exemplum in sancta *Iudith*, de qua diuina refert Scriptura, quodd cum esset iuuenis & a *eleganti aspectu nimis, ac prædiues, cui vir suus reliquerat divitias multas ac possessiones*, illa castitatem amavit: & amplexa est viduitatem: ordinando vitam suam valde religiose: *nam in superioribus domus suæ fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur*, quare non circumibat hinc inde per civitatem, sed domi suæ clausam se continebat: & neque in ea nimia libertate & laxitate sese effundebat: sed elegit sibi habitationem in superiori parte domus, tanquam magis quieta, & ab ipso domestico strepitu expedita, & in eam habitationem, quam Scriptura *Oratorium* vocat, sese ad orandum, & familiariter cum Deo agendum, recipiebat. Cuius oratio ad eum erat feruens, ac fiducia plena, tantaque affectuum, & titulorum siue nominum copia, quæ adferebat, orans pro se, & pro suo populo contra hostes suos: ut satis manifestè appareret, Spiritum S. esse magistrum, qui illam docebat. Cum autem Scriptura dicat, eam in cubiculo illo *morari*, satis ostendit quàm fuerit eius oratio *continuata*, siquidem vsitata eius habitatio erat in oratorio, loco scilicet orationi dedicato. Cui orationi severam ipsa *pœnitentiam* adiungebat; *duas* scilicet difficiles, & molestiam adferentes, circumstantias. Adhibebat enim *super lumbos suos ciliciũ*; & *ieiunabat omnibus diebus vite suæ, præter sabbatha*, quæ tunc erant, sicut nunc sunt dies Dominici, & *festæ domus Israel*. Cum autem orationi incubebat, *cinerẽ etiam super caput suum ponebat, seq̃, prosternens Domino*, cum magna reuerentia *orabat*. Ideoque meruit exaudiri, magnosque fautores à Deo accipere.

Huc accedit *cura* & sollicitudo, quam gerebat suarum puellarum, quas etiam secum ad oratorium deducebat, ut & ipsæ orationi assuescerent; & aliæ alias mutuo bono exemplo extimularent, ipsa duce & magistra omnium præeunte. Ardebat præterea eius pectore ingens zelus *gloriæ Dei*, & *utilitatis populi sui*; ita enim sese tanquã vidua occludebat, ut cum aduertit ingens periculũ, cui Dei honor exponebatur, ob *factum* & promissa, quæ Sacerdotes ac Levitæ populo fecerant, tradendi scilicet civitatẽ, nisi intra dies *quinque* subsidium Deus illis mitteret: illa, præmissa oratione; eaque armata, vocavit ad se Sacerdotes, magnaque prudentia ac modestia indicavit il-

lis

lis errorem, quem in eo pacto admiserant, & exhortata eos est ad fiduciam in Dei misericordiam, adferens multas rationes, adeo prudentes & efficaces, vt presbyteri ei responderint: *omnia, qua locuta es, vera sunt, & non est in sermonibus tuis, ulla reprehensio. Nunc ergo ora pro nobis, quoniam mulier sancta es, timens Deum.*

SED quonia non solis verbis volebat esse contenta, quieta &, speciali, Dei inspiratione voluit eos opere, & labore suo adiuuare, & ex loco lux recollectionis prodire, vt populu suum defenderet, amputando Holofernus hostis populi sui infensissimi caput, ea via & ratione, quam Deus illi suggererat: & ipsa, licet aduerteret, se vitam suam periculo exponere, animo imperterrito ac generoso illam est amplexata: ita enim victrici dixerunt Sacerdotes, & populus vnuerfus: *b non pepercisti anime tuae propter angustias & tribulatione generis tui, sed subuenisti ruinae, quae illi imminabat. Sed quoniam medium hoc difficillimum ac periculosum videbatur, voluit Sacerdotum approbationem, dicens: c sicut quod potui loqui, Dei esse cognoscis: ita quod facere disposui, probate, si ex Deo est, & orate vt firmum faciat Deus consilium meum, facilem ei praebens exitum, siquidem ipse illud mihi inspirauit, quod ipse approbarunt, dicentes: vade in pace, & Dominus sit tecum. d Erat (inquit) in omnibus famosissima, quoniam timebat Dominu valde, nec erat qui loqueretur de illa verbu malu.*

Et hinc est, quod quemadmodum ex Dei inspiratione ab eius ministris approbata, se illi periculo exposuit; ita Deus ei fauerit, vt in medijs conuiuijs temperantiam, & inter luxuriosos castitatem & puritatem conseruaret; & oratio continua eam inter tot hostes tueretur. Quod facta est ipsa, ac protestata, dicens: *viuit autem ipse Dominus, quoniam custodiuit me Angelus eius, & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc reuertentem, & non permisit me Dominus ancillam suam coinquinari, sed sine pollutione peccati reuocauit me vobis gaudentem in victoria sua, in euasione mea, & in liberatione vestra, Confitemini illi omnes, quoniam bonus, quoniam in saeculum misericordia eius,*

DENIQUE quamuis tanta esset virtute praedita, vt vidimus: illud tamen mysterio est plenum, quanti Scriptura sacra faciat eius castitatem, tanquam rem alioqui raram, cui fortitudinem attribuit ad egregium aded facinus aggrediendum: & ita summus Sacerdos Ioachim dixit ei: *f tu gloria Ierusalem, &c. quia fecisti virilitur, & confortatum est cor tuum, eo quod castitatem amaueris, & post virum tuum alterum nescieris: ideo & manus Domini confortauit te, & ideo eris benedicta in aeternum.* Et postea Scriptura ipsa concludit, eius g virtuti castitatem fuisse coniunctam, nec cognouisse virum omnibus diebus vita sua, sed in sancta sua viduitate expleuisse annos centum & quinque. Venerabilem hanc viduam (ait Sanctus Ambrosius) debere tanquam exemplar sibi accipere reliquas viduas; glo-

Fortitudo.

b Cap. 13. 5.

Ca. 8. 30.

34.

Obedientia

d Cap. 8. 8.

Dei custodia.

e Cap. 12. 5.

Castitas fortitudo.

f Cap. 15. 11.

g Cap. 16. 2.

Exemplar
viduarum.

riam suam & honorem in eo ponentes, quod suæ *continentia orationem*, aliasque *pœnitentias* & mortificationes adiungant; sanctumq; *zelum gloriæ Dei*, bonique vniuersalis totius populi. Quamuis non debeant extraordinarijs periculis se exponere: quia factum illud Iudith non ad imitandum proponitur; sed vt admirationem & stuporem adferat, & glorificetur Deus, qui in manu fœminæ humiliare voluerit superbi illius ducis audaciam, & teimeritatem.

Discretio.

Sareptana.
h 3. Reg. 17.

Misericordia.

His virtutibus adiungere debent viduæ *misericiordiam*, qua disponent se, vt à Domino accipiant ipsa *misericiordiam*, qui miserijs earum subueniet, quemadmodum idem S. Ambrosius confirmat exemplo illius *viduæ Sareptana*, ad quam Propheta *Elias* fuit à Deo missus, vt ab ea aleretur, quæ magna charitate obtulit ei hospitium in domo sua; & ex pauillo farinæ & olei, quod habebat panem coxit, vt comederet, quam eius liberalitatem Deus remunerauit, multiplicans miraculosè farinam & oleum, toto reliquo tempore, quo fames durauit, vt & illa & filius eius vitam conseruarent. Vt hinc viduæ discant charitatem & misericordiam exercere ex modico, quod habent: vt Deus illud ipsis multiplicet, & largiatur, quod non habent. Quod si præ nimia paupertate non habeant quod dent, imitentur saltem viduam illam, quæ duo *era minuta* in eleemosynam dedit: quæ aded Christo Domino placuit, vt eam Pharisæis multò maiores eleemosynas facientibus, prætulerit: quia pluris cor facit, quàm donum: & vt S. Ambrosius ait: *nemo plus tribuit, quam qui sibi nihil relinquit*: & quoniam pauper hæc vidua dedit quid dare potuit, maximi fuit eius eleemosyna æstimata: nec præterita fuit, quid ab ipso Domino fuit remunerata, qui erga misericordes est misericors, multoque ampliùs erga misericordes, qui soli ac separati viuunt, deserti ab hominibus: quales esse solent huiusmodi viduæ.

i Luc 21. 3.
Vidua Evangelica.
Vbi supra.

Noëmi.

Nec prætereamus silentio excellentes duarum viduarum NOEMI, & RUTH virtutes, quarum altera senex, altera iuuenis fuit. senex NOEMI non solum ob mortem mariti vidua, sed ob filiorum mortem orbata in aliena regione, sola ac deserta fuit: sed valdè tamen mutata: nam cum ipsa viduitate aded vitam mutauit, vt vel ipsam nomen mutari sibi voluerit, quo nupta vocabatur: memorandam illam proferens sententiam viduarum propriam: *Ne vocetis me NOEMI, id est, pulchram, sed hoc nomen reseruetur nuptis, quæ in sua pulchritudine gloriantur; sed vocate me Mara, id est, amaram*, quod proprium est viduarum, *quas amaritudine valde repleuit omnipotens*: in qua tamen constitutæ, de necessitate virtutem facientes, valdè gloriantur. Sed quid de Ruth dicemus vidua ac iuuenes, cuius virtutes iam supra retulimus? quibus & illa additur, quod ex patria sua Moab exiuerit animo secundis nuptijs renunciandi.

k Ruth. 1. 20.

Ruth.

Nam

Nam cum NOEMI vtrique nurui dixisset: *ite in domum matris vestre, faciat vobiscum Dominus misericordiam, detq; vobis inuenire requiem in domibus viro- rum quos sortitura estis*; quia in patria mea ad quam tēdo, filios non habeo, vt viros ex me sperare possitis: quasi dixerit, in regione hac vestra viros inuenire poteritis, quos non poteritis in mea: RUTH ipsa nihilominus constituit eam comitari, ac proinde decreuit, quod ex se esset, non amplius nubere; neque in Moab, vbi potuisset habere virum: quia eam deserebat; nec in Bethlehem: quia existimabat se ibi non inuenturam. Sed adfuit Deus admiranda sua prouidentia; vt vtriusque viduæ miseras repararet. Nam vt ait S. Ambrosius, de eisdem loquens, nescit egere optima disciplina; & bona vidua egere non nouit: quia scilicet Deus, eius protector est in hac vita, & præmium in futura in æternum. Amen.

Ex his vtcunque explicatis maneant præcipui sæcularis Reipublicæ Status. Reliquum, quod eos concernit, intelligetur ex ijs, quæ dicentur fu- sius in Tomis sequentibus, de statibus virginitatis & Continentiæ; ac reliquorum, quæ ad Ecclesiasticam & religiosam Rempubicam pertinent.

(*)

SECUNDI TOMI FINIS.

